In Nomine Sanctae et Individuae Trinitatis Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Noverint quibus expedit universi noticiam habituri. Quod nos Mscislaus Abbas Tinicien. Ord. S. Bened. [illegible] Prior necnon totus Conventus ejusdem ordinis cupientes et considerantes bonum augere et malum amplius elongare medium nostrum laneum ad nos spectantem quem felicis recordationis Venerabilis Albertus Abbas prefati ordinis in duodecim marcis communis pecuniae Monetae terrae Crac. obliganerat nostro cointeressato Nicolao dicto Kanthin in Opathowiecz quem medium laneum tenuit et pacifice possedit per multos annos super quo medio laneo ut credimus prefatam pecuniam laborando acquisivit, ab qua obligatione prefatus Nicolaus per mortem suam Privilegium nobis obtulit quem penitus annullavimus et in nihilum redegimus. Et quia merita et servicia Nicolai predicti consideramus et aliorum horum petitionibus annuentes filio eius Stanislao dicto Cussek ex supplicatione sua eius predictum nostrum medium laneum sibi solum modo restituimus favorabiliter tenendum habendum possidendum usque ad terminum et ad finem mortis eius, Ita quod idem Stanislaus in restitutione prefati lanei medij nobis supplicavit cum ex marcis quas iam in paratis nobis integraliter persolvit. Mortuo vero dicto Stanislao nobis et nostro Conventui prenominatus medius laneus debet omnimode restitui contradictionibus et occasionibus quibuslibet semotis et totaliter postpositis. Ita tamen quod Censum nostrum prout moris est et consuetudo antiqua prefatus Stanislaus ad diem Beati Martini singulis annis quibus [illegible] duo tenebitur cum effectu. Insuper compromisimus quod post mortem eius in nostro Conventu Vigilias et quatuor Missas pro defunctis pro anima ipsius et eius consanguineis in quatuor temporibus mandabimus decantare harum quibus Abbatis sigillum et nostri Conventus presentibus sunt appensa testimonio literarum. Actum et Datum in Opathowiec feria quarta proxima ante festum Beati Jacobi Apostoli. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Quarto.

Obligatio Monachorum Monasterij Opathowien. Beati Anici [illegible] Domino Sta. Baranowski Abbati Tinecien. et onerum Introscriptorum perpetua in se et totum

Conventum


Conventum receptio, recognitio, et submissio. 7. 8.
Sub sig. ...

Nicolaus Bedlenski Scholasticus [illegible] in Spiritualibus generalis Cracoviensis [illegible] et singulis praesentibus et futuris harum serien literarum inspecturis, visuris, lecturis pariter et legi audituris tenore praesentium Significamus. Quomodo venerandi ad nos praesentialiter venerabilis et Religiosi Fratres Andreas de Rare [illegible] sacra Theologia [illegible] Baccalaurius [illegible] Provincialis Provinciae Poloniae Ord. Praedicatorum Sancti Dominici, et Albertus Prior Conventus eiusdem ordinis [illegible] suis et totius Conventus ipsius [illegible] nominibus de ipsius ratihabitatione in forma iuris caventes omnibus melioribus modo via iure causa et forma quibus melius efficacius de iure potuerunt et debuerunt sponte et libere non coacti nec compulsi recognoverunt et per expressum fassi sunt de se et suo Conventu praedicto [illegible] et levasse cum effectu Centum florenos per medium [illegible] pecuniae numeri et monetae polonicalis. A [illegible] Domino Stanislao Baranowski Abbate [illegible] ad effectum peragendarum [illegible] missarum in [illegible] anniversarii datas atque donatas, de quibus quidem [illegible] florenis pecuniarum per eos receptis levatis et [illegible] eundem Dominum Stanislaum Baranowski quietarunt et liberum dimiserunt. Et nihilominus [illegible] Dominus Prior suo et [illegible] Conventus [illegible] et suorum successorum [illegible] pro tempore existentium nominibus habens et [illegible] [illegible] praedictam [illegible] Conventus eorum [illegible] et Conventus reformationem factam de consensu speciali et voluntate dicti Domini Provincialis [illegible], ratione summae Centum florenorum pecuniarum unam Missam de Conceptione Gloriosae Virginis Mariae [illegible] collecta pro peccatis quoad vixerit Dominus Stanislaus Baranowski Abbas [illegible] mortem [illegible] defuncto Sacerdote qualibet Septimana singulis annis temporibus perpetuis [illegible] incipiendo a proximo venturo festo [illegible] sub [illegible] eorum et [illegible] tenere peragere et celebrare pro tempore existentes tenebuntur. ad quod se et eadem successores suos legitimos omnibus exceptionibus privilegiis exemptionibus ac Juris et facti [illegible] per expressum renunciando Jurisdictioni [illegible] ordinariae se in hac parte submiserunt et obligarunt et super hoc eis obligationis literas, sub titulis et sigillis suis [illegible] [illegible] Domino Abbati [illegible] dederunt et concesserunt. [illegible] in [illegible] et [illegible] [illegible] fuerit [illegible]

tunc Summa praedicta pecuniae Centum Florenorum in manus famatorum Pro-
rum Consulum Opathovien. eo tempore existen. reponend. & restituend. aut di-
cti Dni Consules habebunt facultatem & mandatum Censum ex eis secundum
metatos Fres & Conventum comparandum toties quoties in exsolvendis
dictis Missis fuerint remissi & negligentes apud illius censitam & redditu-
arium arestare & intercipere. Et praeterea dictus Procurator nomine
omnia & singula praemissa per nos admitti approbari ratificari & confir-
mari debita cum instantia petijt & postulavit. Nos vero attendentes illo-
rum petitionem fore iustam & rationi consonam quodque iusta petentibus non est denegandus
assensus praedicta omnia quatenus ordinaria admisimus approbamus ratifi-
camus & confirmamus illaque robur ac firmitatem habere decrevimus et ut
admittimus approbamus & ratificamus per praesentes. Tenor vero literarum prae-
dictarum de quibus supra fit mentio sequitur & est talis. ANNO
MILLMO DNI AMEN. Quia ea quae aguntur sub tempore, etiam labuntur
tempore a memoriis hominum elabuntur, nisi literarum apicibus memoria hominum per-
petuo firmanto. Hinc est quod nos Fres Andreas de Garczow Sacrae Theo-
logiae Baccalaureus Prior Provincialis Provinciae Poloniae. Albertus
Prior, Martinus Sacrista, Paulus de Sochaczow, Bartholomeus
ac Fratres in caetera Fres Conventus Opathovien. S. Petri novi
Martiris Ordinis Praedicatorum tenore praesentium scimus & recognoscimus
omnibus praesentibus & futuris, ac etiam fratres memorati Conventus quomodo
R. Gr. Dnus Stanislaus Baranowski divina patientia Abbas Sancti
Crucis sanus corpore & compos mente videns diem suae mortis pie-
tatis & misericordiae manere muneribus inter caetera suae pieta-
tis opera, quorum plurima pijs legavit causis etiam nostro nominato Co-
nventui legavit donavit donationem inter vivos irrevocabiliter Centum
florenos monetae & pagamenti Polonici triginta grossos in quem-
libet florenum computando. Ergo dignum & iustum est ut pietatis ope-
ribus quam defunctorum mutua & reciproca gaudeant et corona be-
nevolentia & vicissitudine. Ideo praedictum Rendum Dnum Abbatem praedi-
ctum tanquam benefactorem nostri sacri ordinis Praedicatorum. Ego Fr.
Andreas supermemoratus Provincialis Poloniae recipio ad omnia spiritualia
beneficia omnium suppositorum Provinciae nostrae tam in vita quam in morte
tandemque facio participem omnium Missarum, orationum divinorum officiorum
meditationum, ieiuniorum, abstinentiarum disciplinarum, poenitentiarum, vigi-
liarum, peregrinationum, studiorum, laborum, caeterorumque bonorum operum
communi ordinem impertior, quae Dnus Deus fieri dederit per Fratres

Dom.

et sorores nra prefata Provincia Polonie. In nomine Patris et Filij et Spi-
ritus Sancti Amen. Ut multiplici suffragiorum sctorum adiuti presidio
vita eterna premium et celeste regnum feliciùs et gloriosiùs consequi merea-
tur. Verum quia beneficium dat Pater officium, Ideo nos Fratres memorati
nos ipsos et omnes successores superstites nros ad unam missam semel in heb-
domada annuatim de Conceptione Virginis Mariae cum Collecta pro
peccatis interim quamdiu in humanis. Idem Reverendus ut extiterit cum vero
ex hac luce migraverit eandem missam in Requiem commutamus cum
Collecta Inclina Domine sub onere conscientiarum nrarum Nostrosque
successores perpetuo obligamus celebrandam et persolvendam in Ecclesia nri
memorati Conventus Oppathowien. In quorum omnium et singulorum fide-
le testimonium videlicet receptionis participationis communicationis
obligationis praesentes litteras fieri iussimus et sigillorum Provincialis nri ac Prae-
fecti Conventus appensione communiri fecimus. Datum Crac. Decima
nona die Junii. Anno Incarnationis Millesimo quingentesimo tri-
gesimo tertio. Quae omnia et singula vobis universis et singulis qui-
bus interest vel erit aut interesse poterit quolibet intitulatae intimamus, In-
sinuamus et notificamus et ad verbum et cuiuslibet vestrum noticiam deduci-
mus et deduci volumus per praesentes. Decernentes et volentes his praesentibus signi-
ficatoriis litteris sive praesenti publico instrumento ubique locorum tantam vene-
ria fides adhibeatur ac si in medium fuerint exhibita, et in quibus
inserta sunt et insita. Et in fidem omnium et singulorum premissorum praesentes
litteras sive hoc nrum publicum instrumentum scribi publicari sigillique
nro iussimus et fecimus appositione communiri. Actum et datum Cracoviae
sub Anno a Nativitate Domini Millesimo Quingentesimo Trigesi-
mo Quarto, Indictione Tredecima die vero Jovis vigesima mensis Julij
Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini nri Domini Clementis Pa-
pae divina providentia Septimi. Anno eiusdem Undecimo. Praesentibus Venera-
bilibus et discretis Dominis Dominis Sigismundo de Sthazyela doctore
... Altarista Premislien. Stanislao Wilczek. Alexandro de
... in Jaroslawiech Abraham Gorski Stanislao Brlostek. Lau-
rentio de Grabbers et aliis Testibus circa premissa.



Et ego Stanislaus Joannis de Sambkowa Clericus
diocesis Gnesnen. sacra Aplica auctoritate Notarius
publicus

celebrantes. Considerantes vero et investigantes per viciniam circumiacentem veram solemnemq; prout consuetudo terrae, et ius ad hoc exquirebat seu requirit. haereditates tum vicinia cuiuslibet haereditatis deputata personaliter circumdatos limites earum limites peragientes, et in declarationem, et publicam vicinia dicta ostensionem, necnon Privilegiorum suorum antiquitus super ea concessionis praesentationem cius fluviis, angulis, debitisq signis quaeinter haereditates iuste et digne reperiebantur, protunc enim investigavimus invenimus, et ad rei veritatem modo consueto reduximus limitantes Primo itaq Przeczyca, Jodlowa, Passeczna, Jaworze, Klecec, Kamienica Libertas Blasconis, Skorowa, Libertas Martini Januszkowice, Gogolowa Libertas Joannis. Kolaczyce Civitas Jandeonis Libertas. Cluczowa Brzyska libertas Maliconis, Pargosza, Lanki, Kobyla, Swepetnica, Olpino Libertas Janusconis. Libertas Cimconis, Libertas Cimoskonis Tuza libertas Grasconis, Itidem tres libertates in Szepink Chansna, Bogincowice demicbow, dimidiam partem villa in Strekluo, dimidiamq villam in Meszna, et Libertas quae prope Czarnowiec, iam omnino villas supradictas ut praefertur per viciniam cuiuslibet haereditatis deductas et adiudicatas publice adiudicamus divina gratia suffragante non alium nisi Monrio Dineceno, Et in posterum per Dnum Regem cum suis Baronibus imposuimus finem praemissorum, terram haereditatum iam dictarum cum omnibus proventibus utilitatibus et omnibus ac etiam suis granicebus, sicuti sunt in suis metis sita et distincta Monrio supradicto pertinere. et omnibus aliis quibuscunq silentium de eisdem imponentes. Actum et Datum Cracoviae in Autumno sub Anno Dni Millesimo Tricentesimo Quinquagesimo Quarto in Aulaq Dni Regis speciali. Praesentibus suis nobilibus, strenuisq militibus. qui itidem ad granicies nobiscum convenerunt. Pozniano Konarski de Zambocin, Clemente dicto Gerzyc cum Michaele suo fratre Jegneo Praeposito Sancti Michaelis in Castro Cracoviensi, Sobeslao de Laszow, et Dirscone Kawarciano de Przebinca haeredibus Ac etiam quam plurimis fide dignis nobiscum ibidem in limitatione dicta constitutis.

115. Privilegium super Aduocatiam in Liszek et super alias villas prout in eodem Privilegio continetur plenius — subsigno δ

In nomine Dni Amen. Cum iuxta verba sacri Eloquii, vnusquisque Xpi fidelis in praesenti vita sic habeat disponere sua facta, vt ipsis mediantibus felici fine habito aeternae retributionis praemia consequantur. dicente Dno Thesaurizate vobis thesauros in caelis vbi nec erugo nec tinea demolitur. Proinde nos Kazimirus Dei gra Rex Poloniae, necnon Terrarum Cracoviae Sandomiriae Siradiae, Lanciciae, Cuiaviae Pomeraniae Russiaeque Dns et haeres. Tenore praesentium notum facimus quibus expedit vniversis tam praesentibus quam futuris. Quod habita consideratione Deifica, et ponderatis singulis oribus et vtilitatibus quibus vsi sumus per tempora de possessionibus bonis et haereditatibus Monrij Tynciens Ordinis Sancti Benedicti. In recompensam igitur perceptorum et satisfactionem aliqualem, ob remedium nrae salutis et spe vitae aeternae consequendae. Divina gra pia nos devotione instigante pro satisfactione delictorum nrorum. Vnbli viro Dno Ioanni Abbati, et Religiosis filiis totius Conventus Monrij Tynciens supradicti. Advocatias seu Scoltetias nras infrascriptas, per nos legitime emptas, et conquisitas et adnos pertinentes, videlicet in Liszek in Smierdzaca in Kassow et in Nouavilla, necnon in Rybna et in Przegina, cum omni iure et dominio, ac omnibus et singulis vtilitatibus fructibus et pertinentiis vniversis, in terra et aqua, ad ipsas Advocatias seu Scoltetias quomodolibet spectantibus, prout nos temporibus nris easdem tenuimus, et prout Wislaus et Fiezko, eorumque Praedecessores ante nos ab initio tenuerunt. Cum sylvis rubetis, quercetis pascuis, pratis, agris, campis ac aliis vniversis proprietatibus et

proventibus

prouentibus qui nunc sunt, aut quomodolibet esse poterunt in futurum intra limites Aduocatiarum seu Scoltetiarum prædictarum, ad laudem omnipotentis Dei, et ob reuerentiam gloriosæ Sanctæ Mariæ semper Virginis Mris eius benedictæ, ac Beatorum Petri et Pauli Aplorum ad honorem, in quorum laudem sæpedictum Monrium Plyneiense est fundatum. Necnon ipsi Monrio Plyneiensi, Abbati, et Fribus totius Conuentus ipsius Monrij qui pro tempore fuerint ad vtilitatem, perpetuis temporibus, damus, tradimus conferimus, et donamus, necnon ascribimus annectimus, appropriamus et incorporamus. Renunciantes omni iuri, et dominio, quod nobis quouis ingenio competere posset, vel nris successoribus competeret in præmissis Sicq exinde, neq nos, nec aliqui nri successores ad omnia præmissa vllum possumus, nec debemus, et ipsi nri successores, aliquem non debent, nec debebunt suo tempore habere respectum. Sed omnia et singula præmissa Abbas et totus Conuentus Frum sæpedicti Monrij Plyncien qui pro tempore fuerint tenere debent perpetuo et possidere pacifice et quiete, condicione et impedimento cuiuslibet penitus non obstante. Vt autem nostri et Prædecessorum nrorum per Orationes Missarum celebrationem melior et maior memoria habeatur. In recompensam præmissorum perpetuis temporibus statuimus, et omnino volumus, vt ex nunc Abbas et Conuentus Monrij Plyncien sæpedicti statuant vnum Capellanum secularem vel Regularem, qui omni die legat missam defunctorum ad certum altare, diebus solemnioribus duntaxat exceptis. Et circa hoc bis in septimana quolibet etiam perpetuis temporibus videlicet tertia et sexta feria Vigiliæ nouem Lectionum et duæ Missæ specialiter defunctorum, voce decantentur. Præterea de gra nra speciali Abbati et Conuentui Monrij Plyncien sæpememorati supradictas Aduocatias et Scoltetias vendendi donandi et commutandi, ac pro sua suiq Monrij vtilitate et melioratione quomodolibet libere conuertendi plenam et omnimodam damus potestatem. In quorum omnium testimonium et euidentiam perpetuæ firmitatis præsens Priuilegium nræ donationis Abbati et Con=

nentui Frum de Tyniec Monrij dari fecimus, sigillorum nrum regalium pro tempore existentium expressorum subappensione communitum. Actum Cracoviae in Octava Epiphaniae Dni sub Anno eiusdem. Millesimo Trecentesimo Sexagesimo Tertio. Praesentibus his testibus Joanne Castellano Cracovien. Joanne Decano et Cancellario Cracovien. Predborio Capitaneo Cuiavien. Bodzata Procuratore generali, Predborio de Brzezie et Andrea de Myszka, ac aliis quam pluribus fide dignis. Datum per manus Dni Joannis Cancellarij nri Cracovien. supradicti. Scriptum autem per Nicolaum Bohemum Notarium Curiae nrae Cancum Ecclae Wislicien.

Lra Sermi Dni Sigismundi Regis Poloniae super Theloneum inter villas Kampa et Smierdzaca

sub signo Y

Sigismundus Dei gra Rex Poloniae, Supremus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Mazoviae etc Dnus et haeres. Significamus praesentibus lris quorum interest vniversis. Cum ad nos delatum esset, inter villas Kampa Magci Joannis de Tanczyn Palatini Sandomirien. Curiae nrae Marsalci ac Lublinen. et Lelunien. Capitanei haereditariam, ac Smierdzaca Vblis Vincentij Baranowski Abbatis, et eius conventus Tyniecensis usque ad villam Liszki ipsius Abbatis iter esse nimium impeditum, vt eo non sine magna difficultate Vectores transire possint, quod cenosus paludinosusque sit locus, volentes commoditati subditorum nrorum, et aliorum quorumcunque hominum qui illac iter facere voluerint consulere, Commisimus Magco Joanni Comiti de Tanczyn, et Vnabli Abbati Tyniecensi praedicto viam superius scriptam, tam inter villas praedictas, quam in ipsis villis pontibus construere, et Gadzi in ea si opus fuerit facere. In quam rem quoniam non parvum facturi sunt impendium, omnes

vero

vero qui illac transibunt, commodiore via utentur. in eo ipso ponte et Gadz
Theloneum pontale constituendum duximus, ita ut constituimus praesentibus
literis, ita scilicet quod omnes qui illac transiuerint, dummodo a soluendis
Theloneis statuto Regni nri immunitatem non habuerint, neq exempti sint
a singulis equis et bobus ternarium, a Centum vero ouibus tres grossos
a quinquaginta vnum cum dimidio, Thelonei nomine soluere teneantur
Cuius quidem Thelonei Magcus Joannes Comes de Tarczyn Palatinus San-
domiriensis partem dimidiam, et Venerabilis Vincentius Baranowski
Abbas Sulecen. et eorum successores partem exigent ac percipient ad
beneplacitum nrum, dummodo Pontes et Gadz ita reficiant, vt com-
mode et sine vlla difficultate transiri illac possit. Per ipsum Magcum
Joannem Comitem in Tarczyn et eius legitimos successores. Ac Ve-
nerabilem Vincentium Baranowski Abbatem Sulecen. et pro
tempore existentes Abbates tenen. percipien. et exigen. tam diu do-
nec praesens Thelonei institutio per nos reuocata non fuerit. In quo-
rum omnium fidem et testimonium Sigillum nrum praesentibus est
appensum. Datum Cracouiae feria secunda post Dnicam Ramis
palmarum proxima. Anno Dni Millesimo Quingentesimo Quadragesimo
sexto. Regni vero nri Quadragesimo.

Samuel Epus Cracomen. Vicecancellus
Relatio Rndi in Chro Pris Dni Samuelis Macieiowski Epi Cracomen. et Regni Poloniae Vicecancelli

Mandatum Sigismundi Regis ad Capitaneos vt Abbatem Sulecen. in libertatibus et subditos conseruent. De lra M.

Sigismundus Dei gra Rex Poloniae, Magnus Dux Lithua-
niae Russiae Prussiaeq etc. Dnus et haeres.

Significamus tenore praesentium vniuersis praesentibus et futuris harum
notitiam habituris. Quia cum Venerabilis et Religiosus Stanislaus Baranowski

Abbas Monrij Tynieceñ, questus esset coram nobis, quod Contributio
Rogowe vulgo nuncupata ab illo eiusq hominibus villas Monrij sui
videlicet Lanczany, Powozowice, Zorzow, Radziesczow, et Wola in ter-
ra Zatoriensi situatas, incolentibus, per Officiales et exactores nostros
in eadem terra constitutos exigeretur contra Privilegia et liber-
tates per Praedecessores nros Duces Zatorienses ipsi Monrio Ty-
niecensi, ac Incolis villarum praedictarum ad id pertinentium gra-
tiose concessas. Nos visis et mature pensatis eisdem Privilegiis
et lris ipsi Abbati Tynieceñ, et eius Monrio per nros Praedecessores
concessis, et per nos confirmatis, in quibus continentur eiusmodi
libertates a soluendis quibusuis Contributionibus, et exactionibus
quae illic in Terra Zatoriensi pro nra vel Reipub. necessitate decer-
nuntur, et instituuntur, comperientesq ex relatione Nobilium di-
ctae Terrae nrae Zatorieñ Abbatem modernum Tynieceñ et praedeces-
sores ipsius ac homines Monrij sui in villis supra descriptis de-
gentes semper hactenus in usu dictorum Privilegiorum et libertatum
fuisse et nunquam ante hac, nec Contributionem Rogowe, nec ali-
as quascunq Contributiones nras vel Reipub. in praenominata Ter-
ra Zatoriensi soluisse ipsum Abbatem Tynieceñ hominesq ipsius
de villis supra expressis modernos et pro tempore existentes in ys-
dem Libertatibus et Privilegiis conservandos duximus et con-
servamus, ac illos a soluenda Contributione Rogowe, et ab aliis
contributionibus et Exactionibus nris et Reipub. quibusuis im-
munes et absolutos perpetuo esse declaramus, et decernimus per
praesentes. Quocirca tibi Capitaneo aliisq Officialibus et exa-
ctoribus Terrae nrae Zatoriensis modernis, et pro tempore existen-
tibus quorum interest mandamus, ut ipsum Abbatem Tynieceñ
et Incolas villarum suarum et Monrij sui in Terra Zatoriensi exi-
sten in his libertatibus conservetis, ipsamq Contributionem Rogowe

et alias

et aliis Contributionis praedictas institutas, et instituendas ab eis non exigatis nec exigi faciatis. pro gra nra non aliter facturi. Harum quibus sigillum nrum est praesentibus appensum. Actum et Datum Cracoviae feria Tertia proxima post Dnicam Reminiscere. Anno Dni Millesimo Quingentesimo Vigesimo Quarto, Regni nri Anno Decimo Octavo.

Petrus Epus et Vicecancellarius

Casimiri Generale Privilegium pro Spiritualibus contra Belligerantes et in eo contenta poena contra officialem venientem administrare iustitiam de eisdem.

De Actu Piotrkoviae in Conventu gnali Sabbato post Festum S. Andreae Anno 1457.

sub signo K

Kazimirus Dei gra Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiaeq Dnus et haeres etc. Universis et singulis Capitaneis Regni nri, tam gnalibus quam particularibus quibuscunq Terris et districtibus praesidentibus Fidelibus nris dilectis benevolentiam et gram nram Regalem. Magnifici Generosi et nobiles fideles nri dilecti. Quanquam felicis recordationis Casimirus Rex Poloniae Praedecessor nr cum plurimis hostibus Regni sui per multa tempora bella et expeditiones habuerit, fecerit, tenuerit, et egerit, nunquam tamen tempore felicis sui regiminis Regni per bellatores, tot et tam gravia damna, pericula sacrilegia, effractiones Ecclesiarum, et devastationes bonorum Ecclia et Monasteriorum fuerunt et sunt commissa, quot et quam gravia tempore nri felicis regiminis Regni, quod dolenter referimus fuerint et sunt commissa et perpetrata. Statuerat enim et laudabiliter ordinaverat, praefatus praedecessor nr cum Prelatis et Consiliariis Regni sui, quod omnes et singuli Regnicolae, quocunq nomine censeantur ad expeditionem euntes, nunquam in Civitatibus, Oppidis, villis, allodiis, et aliis bonis tam Ecclesiarum et Monasteriorum quam secularium quae aedificia haberent, sed in campis vel rubetis, stationem

facere, nullasq rapinas bonorum quorumcunq committere, et violentias inferre
cuiquam debuissent. Item statuerat cum Prelatis et dominis predictis, pro
leviori comparatione expensarum ad expeditionem transeuntium, commodo et utilitate
Regni pensatis, quod euntes ad expeditionem pro expensis suis comparandis. Bo-
uem pro media marca, vaccam pro octo scottis, porcum pro fertone, Muto-
nem pro duobus grossis, duas Aucas pro grosso, sex pullos etiam pro grosso,
Cassulam tritici pro duobus grossis, Cassulam Siliginis pro grosso, et Cassu-
lam Auene pro grosso emere debuissent, quod Statutum per longam con-
suetudinem Terrigenarum nrorum fuit et est tentum et laudabiliter conser-
uatum. Sed tempore nri felicis regiminis, quorundam Regnicolarum no-
strorum detestanda peruersitas, nesciens abstinere a vetitis, neq debito mo-
do gaudere concessis, tam laudabile statutum in abusum damnabilem deducens
non tantum premissa, sed multoplura maiora mala, que Maiestatis Diuine
offensam, et Regni nri desolationem inducere videntur, ferociter perpetran-
do commisit prout ex subditorum nostrorum querelis, et querulosis clamo-
ribus percepimus, et nos ipsi certa experientia probauimus, ex quibus
in Regno nostro multa scandala, magna pericula et incommoda grauia
necnon destructiones Ecclesiarum et Monasteriorum sunt secuta, et amplio-
ra sequi, nisi celeri remedio succurramus verisimiliter presumitur in futu-
rum. Nos igitur premissis et aliis malis occurrere, et indemnitatibus
Regni nostri, et Ecclesiarum et Monasteriorum vtilitatibus prouida circumspe-
ctione prouidere cupientes, tam laudabile statutum prefati predecessoris
nri de consilio pariter et assensu Prelatorum et Consiliariorum Regni nostri
approbantes, illud auctoritate nra Regia confirmamus. Nris vobis et cui-
libet vrum dantes in mandatis, continuo tam laudabile statutum, ac
ipsius approbationem et confirmationem, in Ciuitatibus et Oppidis Regni nri publi-
care et proclamare faciatis. Illudq ab omnibus Regnicolis nris sub ob-
tentu gratie nre obseruandum percipiatis. Transgressores vero ipsius, vo-
bis et illis quibus damna intulerunt, penam Sebydmna dzesacza, vel ma-
iorem

iorem panam terre illius per cuius Terrigenas predicto Statuto contraventum fuerit vna cum illatis damnis et iniurijs soluere tenebuntur, que damna et iniuria per illius solius iuramentum, cui illata fuerint, quicung ille sit coram vobis probare debet. Exceptis pontificibus, qui cum saepius ex diuersis causis in remotis partibus agere habent, per procuratores ipsorum discretos spirituales vel nobiles seculares coram vobis illud praestent. Vobis nihilominus huiusmodi transgressores statuti praesenti nra approbatione et confirmatione, iudicandi, condemnandi satisfaciendi compellandi et puniendi, omnibus dilationibus remotis omnimodam damus et committimus tenore praesentium facultatem. Quod si vos aut aliquis ex vobis in exhibenda iustitia iniurias aut damna passis postquam per eos requisiti, negligentes aut remissi fueritis. poterunt personae Ecclesiasticae contra vos et quemlibet vestrum ob huiusmodi negligentiam vti iure spirituali, et per Judices Ecclesiasticos censuris Ecclesiasticis compellere quibus vos subijcimus. Volentes tamen esse in optione et arbitrio iniuriam aut damna passi, qui possit et valeat super damnis et iniurijs sibi illatis ad Ecclesiasticum vel Secularem iudicem pro iustitia recurrere. Mandantes vobis et vestrum cuilibet, et omnino habere volentes, quod praesentes nostras, huiusmodi approbationis et confirmationis literas, in libro Terrestri de verbo ad verbum, ad perpetuam rei memoriam scribi et inseri faciatis, in testimonium futurorum. Secus gratia nostra sub obtentu non facturi. Actum et Datum Piotrkouiae in Conuentione generali. Sabbato post Sancti Andreae Apostoli proximo. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Quinquagesimo septimo. Nro sigillo praesentibus subappenso etc.

Ad relationem Reuerendi Patris Dni Dei gratia Episcopi Wladislauien. Regni Poloniae Cancellarij.

CONFIRMATIO SIGISMVNDI REGIS SVPER LITERAM ARBITRI MAGNIFICI DNI NICOLAI LANCKORVNSKI, SVPER LACVM EX PARTE KOSSOWA ET LANCZANII sub signo HP

SIGISMVNDVS. Dei gra Rex Poloniae Magnus Dux Lithvaniae Russiae Prussiaeqz Dnus et haeres. Significamus tenore praesentium vniversis et singulis harum notitiam habituris. Quia constitutus personalr coram nobis. Venerabilis et Religiosus Stanislaus Baranowski Abbas Monasterii Tyniecens exhibuit lras compromissi et concordiae inter ipsum et eius Conventum ab vna, et Generos Henricum Porambski de Kossowa et Obrzastowice haeredem et eius filios Joannem Stanislaum Petrum et Henricum coram nobis etiam praesentes parte ab altera ratione quorundam pratorum et angulorum; kąty vernacula lingua nuncupatorum, necnon agrorum et lacus cuiusdam per Generosos Nicolaum Lanckorunski de Brzezie veluti principalem arbitrum, et amicabilem compositorem, et Joannem Strzalka de Bebznica et in Radze Judicem Terrae Zatoriensis per dictas partes electos fact. eorum sigillis in cordulis sericis appendentibus communitas, de data in loco campestri circa ripam novi lacus vocati prope fluvio him Ozarzona dictum, die Veneris penultima Mensis Julii Anno Dni Millesimo Quingentesimo Decimo octavo retuleruntq et recognoverunt eaedem ipse partes Abbas videlicet cum Fratribus sui Conventus sui nomine, ac Porambscy praedicti pro se et suis haeredibus, se concordiam huiusmodi ac laudum, diffinitionem decretum et pronunciationem dictorum arbitrorum de et super omnibus et singulis praemissis, ac illorum occasione per eosdem arbitros, et amicabiles compositores factum, et factum ac limites per illos designatos, et in eorum literis descriptos ac omnia

alia et singula

alia et singula, in eisdem literis contenta approbasse suscepisse, et emologasse, prout approbant, suscipiunt, et emologant. Earum serie literarum supplicarunt nobis ut easdem literas arbitrorum praedictorum, laudum et decretum eorum de et super lacu, pratis angulis, et agris praedictis factum et descriptionem limitum eorundem pratorum, angulorum et aliorum praemissorum in se continentium auctoritate nostra Regia approbare, ratificare et confirmare dignaremur. Nos annuentes tam eiusdem Abbatis et eius Conventus quam etiam dicti Henrici Poraml-ski, et eius filiorum praedictorum supplicationibus, considerantesque laudum et decretum ac alia per praefatos Nicolaum Lanckonski et Joannem Strzalka arbitros facta et in eorum literis supra memoratis descripta esse, aequitati et iustitiae consona, easdem literas quas hic haberi volumus pro insertis in omnibus earum punctis, clausulis, et articulis, ac toto earum tenore, auctoritate nostra Regia approbavimus, ratificavimus et confirmavimus, approbamusque ratificamus et confirmamus, decernentes illas et omnia et singula in eis contenta robur perpetuae firmitatis habere per praesentes. Quibus in testimonium sigillum nostrum est appensum. Actum et Datum Cracoviae in Vigilia Nativitatis Beatissimae Virginis Mariae Anno Domini Millesimo Quingentesimo Decimo Octavo. Regni vero nostri Duodecimo.

Petrus Episcopus et Vice Cancellarius.

Relo Reverendi in Christo Patris Domini Petri Episcopi Premislien. et Regni Poloniae Vice Cancellarii.

Privilegium Wladislai Regis super confirmationem Privilegiorum Sub signo LM

\+ Noverint universi praesentium notitiam habituri. Quod nos Vladislaus Dei gratia Rex Poloniae etc. Attendentes et considerantes, grata ac fidelia servitia quae nobis fidelis ac dilectus Capellanus noster Dominus Michael Abbas Tyncien. multipliciter exhibuit et adhuc in futurum omni diligentia nititur exhibere, ac ut ipsum ad nostra servitia redderemus promptiorem Proinde omnes villanos suos in omnibus haereditatibus suis commorantes circa omnia iura quae a nostris Antecessoribus videlicet Ducibus Boleslao Lestcone et aliis habuerunt ex antiquo volumus eximere libere et pacifice providere Mandantes, et prohibentes omnibus ac singulis Castellanis Palatinis Judicibus. Subiudicibus. et Officialibus ac Ministerialibus finite gratiae nostrae sub obtentu, ne deinceps aliquas solutiones Exactiones collectas summas, angariationes seu Pangariones quaecunque sint, aut quocunque nomine censeantur, iuxta Privilegia praedictorum Ducum et Antecessorum nostrorum, ab ipso Abbate seu successoribus suis, nec ab omnibus villanis et incolis eorum aliquomodolicet exigere vel recipere praesumant, sicut gratiam nostram diligenter conservare. In cuius rei testimonium praesentem paginam conscribi fecimus et sigillo nostro communiri Datum et Actum apud Wisliciam in die beati Laurentii orario Anno Domini Millesimo Trecentesimo Vtesimo Octavo Praesentibus testibus Spicimiro Palatino Nicolao Subcamerario Cracovien. et Andone Judice Sandomirien. ac aliis multis. Fide Exg. etc.

++ Absolutio ab omni iurisdictione Beneficiariorum Regis Venceslai. sub signo N. 13.

Nos Venceslaus Dei gratia Rex Bohemorum Dux Cracoviae, et Sandomiriae Marchioque Moraviae. Tenore praesentium notum facimus universis Quod cum Honorabilem virum Dominum Albertum Abbatem Tyncien. dilectum fidelem nostrum propter eius obsequia grata nobis benignis affectibus amplectimur, universos ipsius homines in servitiis

suis

suis persistentes ab omni iurisdictione Beneficiariorum Bohemi Cracouiæ Sandomiriæ Morauiæ Terrarum nrarum, quam diu id non reuocabimus de speciali gratia nostra tenore præsentium absoluimus gratiose. Quapropter vniuersis et singulis vobis Beneficiariis et Officialibus nris quibuslibet iam dictarum villarum nrarum, Mandamus et iniungimus firmiter nra gra sub obtentu quatenus infra spatium qua nostra huiusmodi concessio durabit, non præsumatis ad acta præsentium eiusdem Venerabilis Abbatis homines citare et quodlibet aliud contra eos officium exercere volentes, vt coram ipso Dno Abbate dicti Monrij Tynecen nisi id reuocemus de iam dictis suis hominibus iustitiam requirant. In cuius rei testimonium præsentes fieri et sigillorum nrorum munimine fecimus communiri. Datum Brunnæ Anno Dni Millesimo Ducentesimo Nonagesimo xiii Mensis February.

Confirmatio Priuilegii Boleslai Ducis Poloniæ per Lesconem Ducem Cracouiæ occasione granitierum inter villas Ladziczow Abbatis Tyncien et Kuroswank ad Castrum Cracouien pertinens de data 1287.

sub signo I.

In Nomine Dni Amen. Nos Lesco Dei gra Dux Cracouiæ Sandomiriæ ac Sieradiæ. Notum facimus vniuersis præsentem paginam inspecturis quod cum inter Abbatem Tyncien Dnum Albertum ex vna parte, et homines nros de Kuroswank ex altera mota fuissent iniria quæstionum super sylua pertinentiis et vsibus ibidem adiacentiis. Tandem dictante iustitia a nostris Baronibus circa nos existentibus est compertum, vt dicti homines nostri de Kuroswank in pertinentiis et vsibus syluæ superius habita finaliter remanerent, quemadmodum in Priuilegio Patrui nri felicis recordationis Boleslai Ducis Cracouiæ et Sandomiriæ publicatum constat fore in hæc verba.
In Nomine Dni Amen Nouerint tam præsentes quam posteri, quod nos Bo-

leslaus Dei gra Dux Cracouiæ et Sandomiriæ cum ad instantiam Venlis Pris
Dni Bolebosii Abbatis Tynecien. Laurentium nrum ducameratum mediatorem
statuissemus transmittentes, vt inter villam eiusdem Abbatis quæ Radzie
szow dr. et Kurosvank villam hominum Castri Cracouien. ad custodiam
brone de Myslinych pertinentium limites granice vulgr nuncupatos
Abbati faceret supradicto, et idem Laurentius simul cum conuocata vi-
cinia ipsos limites a via quæ de Radziezow villa supradicta tendit in
Mogilam versus locum qui Wlosowa vocatur inciperet limitare, nec adhuc
ad ipsum locum Wlozanam peruenerant homines dicti de Kurosvank
eosdem limites fieri contradixerunt, asserentes ipsos, fieri in præiudici-
um ipsorum et grauamen, eo quod per eosdem limites ipsi spoliarentur
et priuarentur in silua magna quæ ab ipso loco Wlosona incipit et fini
tur in metis Hungarorum, vniuersis et singulis vtilitatibus videlicet
omni genere venandi per Stampice, Slopy, Jamy, et retia asperiora
Mellificia ordinandi et aliis lucrifaciendi. In fluuiis etiam eiusdem siluæ
videlicet in Skawina, Skawinka, et Siedlinka vtilitatibus piscandi
cancrandi excepta castrorum captura quæ hic omnia cum præfato Abbate
perpetuo habuerunt vtilitates omnes integre sine diminutione aliqua
sæpe dictus Abbas eisdem recognouit hominibus. Quod dictum noster me-
diator audiens in augmentum iustitiæ dictorum hominum vlterius noluit
limitare faciens vtramq partem in nostra præsentia comparere. Tandemq
ipse Abbas in nostra præsentia comparendo hoc ipsum ex integro recogno
uit. Adiiciens nihilominus quod Radziezow dictam villam quæ ad ipsum
Abbatem pertinet sæpedicti hoies Castri mixti suis incolebant inuicem
commanentes hominibus verum ne inter ipsos et suos homines scisma
discordiæ possit aliquatenus generari ipse Abbas propter pacis bonum
homines pertinentes Brone a suis hominibus semouit, pro ipsorum
Terra quam in dicta villa Radziezow possidebant per formam commu
tationis terram aliam pro inhabitone et agros ipsorum vbi nunc Kuro
svank dicitur commutando in perpetuum permittendoq sub obligatione

eis

eos tam ab Abbate de Chirieb a parte Mogelnen, quam ab aliis adversariis ex altera si qui eos infestaverint super praedicta terra quam eis contulit defensare. Insuper idem Abbas recognovit saepe dictis hominibus quod tam in Rackierzow quam in sua villa non obstantibus dictis limitibus usum fructum pascuorum, et omnium aliorum semper haberent liberam potestatem. hoc excepto quod agros arandos seu colendos dicti Abbatis nequaquam idem homines se intromittent. Verum ne eandem recognitionem saepedicti Abbatis possit aliquis calumnia in posterum praepedire, a nobis idem homines petiverunt, ut super ipsa recognitione in ipsius robur perpetuae firmitatis lras donaremus. Nos itaq ipsam recognitionem exigente iustitia per nras lras confirmamus nro sigillo roboratas. Acta autem est renovatio et confirmatio Lestcone regnante, huius Privilegii. Ab Incarnatione Verbi Anno Millesimo Ducentesimo Octuagesimo Septimo Praesentibus istis quoram nomina in hoc scripto continentur Comes Sulco Castellanus Cracovien Ymramus Venator Cracovien, Ioannes Bobo bravi voe. glowni Michael Bobejoz filii Radui. Dat per manus Subcancellarii Cracovien et Sandomirien xv kalendas Julii.

Privilegium Confirmationis Iurium et Libertatum per Kazimirum Regem Poloniae Conventui Tynecensi datum, in quo enumerantur villae in quarum possessione Conventus Tynecen. tunc fuit

In nomine Dni Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Kazimirus Dei gra Rex Poloniae, necnon Terrarum Cracov. Sandomiriae, Siradiae, Lanci. Cuiae, Kuiaviae Magnus Dux Lithuaniae, Pomeraniae, Russiae, Pruss. aq Dns et haeres. Significamus tenore praesentium quibus expedit universis praesentibus et futuris horum notitiam habituris. quod etiamsi subditorum nrorum petitiones licitas et honestas, ad gratiam exauditionis admittimus, illas tamen ferventiori zelo et decreto nris prosequimur, quae sacrarum aedium ac piorum usum respiciunt commodum et profectum. Oblatam igitur Maiestati nostrae pro parte Venerab. ac Religiosi Marbia Abbatis Tyniici Ecclae Cathedralis Cracovien, Priorisq Religiosorum Conventus ac Monrij Tynicen devote nobis

dilectorum recepimus petitionem in se continentem, ut de nostra innata Regiæ
dignitatis benignitate, ipsius Monrij iura, libertates immunitates, donatio-
nes dotationes ac exemptiones, quas a felicis recordationis Regibus et Du-
cibus Poloniæ Prædecessoribus nris habent, et obtinent, confirmare ratificare et
approbare dignaremur. Nos vero Prædecessorum nrorum vestigiis, qui dictum
Monrium Tynecen. in remissionem suorum criminum, ac ob salutem animarum
piis eleemosinis dotavere inhærentes, supplicationiq tanquam rationabili iustæ
et honestæ dictorum Abbatis et Frum zelo devotionis permoti annuentes vo-
lentes etiam diem extremi Iudicii piis ac benignis operibus prævenire. De no-
stra certa scientia et voluntate præhabita sufficienti matura deliberatione a-
nimo benevolo, et consilio nrorum Consiliariorum ad id accedente, memoratis
Monasterio Abbati Fratribus Conventus Tynecen. quoq Monrij, ac ipsorum iura, liberta-
tes immunitates lras et Privilegia Ecclesiastica et Secularia, quæ a Divæ me-
moriæ Regibus et Ducibus Poloniæ Prædecessoribus nris, veris et legitimis ha-
redibus super quæcunq bona et libertates habere dinoscuntur, sub quibuscunq
datis in vita ipsorum iuste et recte emanatas, quas et hic habere volumus
pro insertis. In omnibus earum punctis capitulis, conditionibus positionibus
articulis et clausulis universis ratificamus innovamus, gratificamus, approbamus
et præsentis scripti patrocinio confirmamus, decernentes ipsa robur obtinere
perpetuæ firmitatis. Et quia per diuturnum fluxum temporis nonnulla bona
hæreditates ac villæ de possessione dictorum Abbatis et Frum Conventus Tyn
ciensis exciderunt, quædam vero post donationem ipsi Monrio factam, sunt
plantatæ et noviter erectæ. Quorundam vero villarum nomina in Privilegiis Præ-
decessorum nrorum contenta ac designata sunt immutata. Ne igitur tempo-
ris successu dictum Monrium Tynciense, aliquibus subiaceret gravaminibus
oppressionibus seu damnis, bona Oppida, hæreditates ac villas infrascripta
et infrascriptas. Tyniec, Piekary, Czernicc Ryczna, Smierdza, ca Liscki
Rzeszow, Nowa Wes, Przegynia, Czerniechow, Rybna, Zulow Magna, Czulo-
wek Zgirna, Poczyczyn, Grodecz, et Regulice prope Alwernyn, Kawina Oppi-
dum, Symborg Sydzina, Poznowice, Bukowie, Zorzow Radziszow, Brona-
czowa Wolia, Porzzowice, Lanczuny, Opatkowice super Nilga flumin, Ge-
113 likowice Syrcza, Bodzanow, Liszczyca, Krzanow circa Bochnia Pigniedow,
Mnichkowice, Sudka, Kurgow prope Radlow, Opatkowice sub Melsztyn, Wy-
iacz d.

iad, Szdania, Choynik, Babionowice Siedliska, Mosna, Lubosowa, Dabrowka, Chebow Oppidum Grownik, Golanka, Zborowice prope Ciszkowice, Kwatanowice, Zagorzany, Daborzyn, Kamieczyn, Zagorze, Kamienica, Chrzostek oppidum, Januszkowice, Brzostkowska Wola, Klecze, Brzyska, Klodawa, Nyawed, Wroblowa, Lignica, Baczal, Golesz Castrum, Kolaczyce Oppidum, Krawowice, Bryly, Warsice, Niepla, Chrzastowka, Brzowka, Gelustnica, Nowiesz, Pradnik circa Cracoviam, Wilkow, Charwin, Wagrynowice, Opatkowice prope Prossowice, Swaczyce, Opatkowice circa Scarbimiriam, Opatkowice prope Andrzeiow, Modrzany, Dolany, Kulice, Xiaznice magna, Xiaznice parva, Opatkowice Oppidum, Piotrkowice, Wrzutyg, in Terris Cracovien. Sandomirien. Biecen. et Osuancimien. sive Zatorien. ac earundem Districtibus, locata et locatas, sita et sitas, in quorum impresentiarum pacifica Abbas, et sui Fres Conventus Sulejovien. existunt cum reali, et actuali tenuta, ac possessione memorato Monasterio Sulejovien. adiungimus, incorporamus, et immiscemus per praesentes ipsos Abbatem, et Fres eiusdem Conventus, habend. tenen. possiden. et utifruend. perpetuis temporibus ac aeternis. Quae quidem suprascripta bona villas oppida, et haereditates prout in suis metis granitiebus, longe late, et circumferentialiter sunt limitata et distincta de iure Polonico, et omnis alio in Theutonicum quod Maydburgen. dr transferimus, tenore praesentium perpetue duratura. Removentes ibidem omnia iura Polonicalia, modos, et consuetudines universas, quae ipsum Ius Theutonicum plerumque consueverant perturbare. Facimus insuper, et perpetuo liberamus omnes et singulos Incolas Cmetones, et omnes dictorum villarum praedictarum inhabitatores, ab omni Iurisdictione, Iudicio, et Potestate, omnium Regni nostri Dignitariorum, Officialium, Palatinorum, Castellanorum, Iudicum Subiudicum, Succamerariorum, ac ipsorum Ministerialium, et coram ipsis aut ipsorum aliquo pro causis magnis sive parvis, puta furti incendii, sanguinis effusionis et membrorum mutilationis, et aliis quibuscunque enormibus excessibus citati minime respondebunt, nec aliquas poenas soluere tenebuntur. Sed tamen praedictorum Oppidorum ac villarum Incolae, coram suis Advocatis Sculthetis a Abbate dicti Monasterii Sulejovien. qui pro tempore fuerit Advocati vero et Sculteti, et hoc, si in reddenda iustitia asemitudine fuerint negligentes, ac re-

missi coram Judice dicti Montis Pyncien. non aliter quam suo iure Theutonico Maydburgen praedicto, de sequenlastibus respondere sint astricti. In causis autem Criminalibus vel Capitalibus Aduocati et Sculteti oppidorum et villarum praedictarum, in grauicebus suis iudicandi, sententiandi, puniendi, corrigendi, condemnandi, plenam damus et omnimodam concedimus potestatem ac facultatem, per tenorem praesentium, prout hoc ipsum Jus Theutonicum Maydburgen. in omnibus suis articulis, capitulis, et punctis, postulat et requirit. Harum quibus Sigillum nrum praesentibus, et subappensum testimonio literarum. Actum Cracouiae feria quarta proxima post Festum Sancti Francisci Confessoris. Anno Dni Millesimo Quadrygentesimo quinquagesimo Sexto. Praesentibus ibidem Rndo in Chro Pre Dno Thoma Dei gra Epo. necnon Magcis et Gnosis Joanne de Czyszow Castellano et Capitaneo Joanne de Tanczyn Palatino Creslao de Kurosvanki Castellano Lublinen. Creslao Wyszek de Wyca Succamerario Mielao Chronstowski Tribuno Cracouien. Joanne Kurozatiua de Laczutow Succamerario Lublinen. et Capitaneo Chelmen. et aliis quam pluribus testibus circa praemissa. Dat. per manus Vnabilis Joannis Lutkonis de Brzezie, Vtriusq Juris Doctoris Archidiaconi Gneznen. Sacri Aplici Pallatij Causarum Auditoris et Regni Poloniae Vice Cancellarij syncere nobis dilectis

Relo eiusdem Vnabilis Joannis Lutkonis de Brzezie
Vtriusq Juris Doct. Archidiaconi Gnesnen. Sacri Aplici
Palatij Causarum Auditoris Regni Poloniae Vice Cancellarij

Litera Lesconis Nigri quibus fundatio villarum Gromnik et Golankae iure Theutonico continetur

In Nomine Dni Amen. Cum secundum Diuinam auctoritatem, omni operi bono duae mercedes debeantur, vna temporalis et alia aeternalis, Nostri Praedecessores sicut excellentissimae memoriae Rex Boleslaus castus, et Judith Regina, necnon Illris memoriae Dux Boleslaus Patruus nr. et alii quam plures Monasterium Tynecen. pia deuotione ac syncera charitate sunt vtroq [illegible] [illegible] [illegible] vt ex eo patet, quoniam multis gratiarum beneficiis, libertatumq munificentiis idem Caenobium dotauerunt et sublimauerunt, veluti ex Priuilegiorum dictis quae saepius vidimus patet manifeste, quibus non modicum idem Caenobium extitit roboratum.

roboratum. Quorum vestigia nos Lesco Dei gra Dux Cracoviae Sandomiriae et Siradiae
studiose ut decet et salubriis prosequentes, cum omnia rite ac ronablr fecerint, nec-
non etiam statuta, similr et donationes maxime, quae piis locis sunt data, et donata eorum
amplificare potius quam diminuere volentes, insuper nrarum desolationem terrarum
quae gladio inimicorum crucis sunt desolatae nris exigentibus peccatis, et inconcissae
ligonibus et aratris sanguineq innocuo contaminatae iacent incultae, aliis hominibus
et agricolis replere necnon reformare cupientes, ut rursus Catholica Ecclesia et Chri-
stianus populus succrescat, ac succedat in Dei laudem nostrum servitium ac utilita-
tem Abbati et Fribus Monrij Sulejoviensis qui inibi habitant in vinea Domini Saba-
oth laborantes, cui nos specialr providere tenemur et praecise, cum simus verus
haeres eius et Dnus specialis hanc nostram gratiam decrevimus faciendam videlicet
quod in bonis et possessionibus ipsorum, villas infranominatas habitas, et in terri-
toriis eorum habendas, campos, agros, sylvas, locandi, aquasq in usus proprios
ducendi, Civitates etiam ubi visum fuerit extruendi iure Theutonico plenam
et liberam damus ac concedimus facultatem, quibus scilicet Civitatibus ma-
cella tabernas cameras ad pannum, mensas panis et casei forum argenti exa-
minandi causa, et caetera sine quibus Civitas stare non potest. Villis autem
singulis unam tabernam, et unam macellam damus licentiam construendi eximen-
tes eas ab omnibus pensionibus servitiis solutionibus, consuetudinibusq iuris
Polonici nobis seu Castellanis vel Palatinis aut quibuscunq officiis quae de iure vel
de facto spectantibus. Insuper addimus quod incolae quicunq locati fuerint in
villis praehabiti Monrij aut Civitatibus praesentibus sicuti est Opatowiec et futu-
ris adhuc locandis, non ad Castellanum aliquem aut Palatinum, vel quemcunq
Officialem nrum citari debent sive coram ipsis respondere, nisi ad suum Sculteti
Ad nos autem non alr citabuntur nisi per lram nro sigillo communitam, in cau-
sa tantummodo quam scultetus non posset definire, qui tamen Scultetus coram
nris Iudicibus vel nobis suos villanos vel Cives suo iure iudicabit, sed Scul-
teti coram nobis iure Theutonico respondebunt et cum tota civitas vel villa conuentr
citata fuerit propriis nominibus hominum suppressis, tunc tantummodo duo Cives
seniores seu villani cum suo Sculteto coram nobis compareant suo iure responsuri
quicunq autem nominati fuerint in citatoria debent comparere, ceteris sobre conde-

mnationum parvas, et magnas nihil excipiendo Abbas præfati Cœnobii recipiat et convertat in sui Monrij utilitatem. Ipsi vero Sculteti causas potestati sui iudicij, leves et arduas iudicent, reos criminis et maleficos qui intra eorum limites reperti fuerint, pro qualitate cuiuslibet noxiæ ubique debita puniendo. Quorum igitur nomina locorum et villarum licet non omnium propriis vocabulis duximus declaranda. Radua, Ruchow, ... Siedlisko Babionowice, Gromnik, Roscieowice, Gilarka, Czechon, Albno, Strzeszyce, Deborino, Kamienica, Brzostek, Rzeczey, Viazd, Kraiowice, Lancoz, Wierzyce Sebne, Lubia, Wierzye, Cesbno, Swiepetnica, Lipino, Stroze, Pordechowice, Pnua, Zborowice, hæc omnes villæ cum sylvis circumiacentibus mellificiis, venationibus, pratis, pascuis, nemoribus et aliis utilitatibus quibuscunque pertinent ad Abbatem et ad Conventum Tynecen, hæc vero dicti domus Sylvarum incipiendo a Stroze usque ad metam Hungariæ, et a Lucra usque ad metas Russiæ quicunque vero locati fuerint, vel Incolæ super sylvestribus nominatis a primo die locationis triginta annis super sylvis duodecim annis super mericis vel quercetis octo annis, super campis gaudeant omnimoda libertate, si quis autem hanc nostram piam et condignam locationem infringere ausu temerario voluerit nobis pro pœna unam marcam auri, Castellano, Palatino, Iudici Cracovien cuilibet unam marcam argenti persolvere teneatur. Ut igitur hæc illibata et inviolata perpetuoque permaneant, præsens scriptum præfato Monrio traditum nostri sigilli robore fecimus communiri. Actum est hæc Cracoviæ Anno Dni MCCLXXXVIII Præsentibus istis quorum hæc sunt nomina Comes Sulko Castellanus, Comes Petrus Pallatinus Comes Laurentius Iudex, Comes Nicolaus Thesaurarius, Comes Nicolaus Succamerarius Comes Nicolaus Subiudex Cracovien. Datum per manus Philippi Subcancellarij Curiæ nostræ.

Privilegium Vladislai Regis Poloniæ super locationem villarum in sylvis Gromnik et Gilarka vocatis.

++ In nomine Dni Amen. Quæ matura deliberatione, digestoque consilio Principum aliquo respectu, quibuslibet permittuntur ex pro commemoratione longinqua hominum

 sta Civitatis Crac. pro viginti Marcis grossorum monetae et numeri Regni Poloniae. Quamquidem resignationem nos ratam et gratam habentes partem hereditatis praedictae praefato Dno Joanni cum pertinentiis et iuribus praedictis contulimus et confirmamus per praesentes idem praedictus Daniel pro impedimentis stare et cavere praedicto Dno Johanni iuxta ius terrestre conservari consuetum. In quorum omnium testimonium et evidentiam pleniorem praesentes Privilegii litteras per Notarium publicum infrascriptum scribi et publicari ac Sigillorum nrorum appensione fecimus roborari. Actum et Datum in Monrio nro praedicto Tinecen in stuba murata praefati et Vblis Dni Abbatis. Anno Dni Millmo Quadrigentesimo Quinto. Indictione octava Pontificatus Sanctissimi in Xpo Patris et Dni Dni nri Innocentij Divina providentia Papae Septimi Anno Primo die vigesima Mensis Februarij hora vigesima prima vel 4. Praesentibus discretis viris Climkone de Lapczyca Marzkone Petri de Pilzna, Georgio Matthia de Orzeczyce et alijs quam plurimis fide dignis testibus ad praemissa rogatis specialiter et vocatis.


Et ego Przybyslaus olim Benedicti de Crumlovi Clericus Innigatis Pragen Dioc. Publicus Imperiali authoritate Notarius praedictis resignationem ratificationem collacione ac alijs et singulis praemissis dum sic ut praemittitur agerentur et fierent una cum testibus praenominatis praesens interfui, eaque omnia sic fieri vidi et audivi. Ideo quia alijs arduis occupatus praesens Privilegium per alium legaliter scribi procuravi manuque propria mea me subscribens in hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis solitis consignavi, Sigillis quoque praedictorum Dnorum Abbatis et Conventus sub appensione rogatus et specialiter requisitus in fidem et testimonium omnium praemissorum.

Privilegium Emptionis Sculthetiae in Lapczyca sub Sig. PP.

Nos Georgius Kierzyngel Advocatus Provincialis Castri Cracovien,

Stanisslaus Przedborek, Nicolaus Zarzowski, Joannes Skaninski, Jacobus Wilkowski, Nicolaus Predrykowski per Rndum Prem Diuina patientia Dnum Andream Abbatem Pinecen ad id iuxta Priuilegia sua totusqz Conuentus pref Monrij ad id specialiter locati Significamus tenore prntium quibus expedit vniuersis et singulis prntium notitiam habituris. Quod in iudicio bannito constitutus personalr Gnosus Martinus Giedecki Sculetus haereditarius in Laprzyca coram eodem iudicio banito publice recognouit. Quia totam Sculthetiam in Laprzyca vendidit Rndo Pri Dno Andreae Diuina patientia Abbati Monrij Pinecen et eius Conuentui pro mille florenis Vngaricalibus auri veri et iusti ponderis. Ita longe et late et circumferentialr prout praedicta Scultetia in Laprzyca est distincta et limitata cum omnibus iuribq, dependentijs et adhaerentijs prout praefata Sculthetia in se continet, nihil pro se aut pro suis posterib proprietatis, iurib et Dominii reseruando. Quam Sculthetiam praefatq Dnus Andreas Abbas Pinecen totusqz Conuentq praefati Castri Pinecen debet habere, et tenere, ac iusto resignationis titulo possidere, otifrui, vendere, comutare, alienare et ad libitum suae voluntatis in vsus beneplacitos conuertere, Promittens ipsum Dnum Abbatem, eiusqz Conuentum à qualibet persona iuxta iuris formam prout ad quamlibet pertinet praescriptio tueri et intercedere, et coram eodem iudicio praefatus Martinus Giedecki recognouit se realr et cum effectu recepisse mille floren Hungaricales auri veri et iusti ponderis à Rndo Pre Dno Andrea Diuina patientia Abbate Monrij Pinecen totoqz Conuentu pro Sculetia in Laprzyca per ipsum Martinu Giedecki Rndo Pri Dno Andreae Abbati eiusqz Conuentui vendita ac resignata Et iam coram iudicio praefato dat ei realem intromissionem Syghto ministerialis datus est de iure ad intromittendum in praemissa. Actum et Datu Crac. feria secunda post Festu S. Agnetis proxime. In Curia Rndi Pris Dni Andreae Abbat Pinecen et in platea legatoru penes domu Dni Decani Cracouien sita. Anno Dni Millmo Quadringentesimo Octuagesimo secundo. In cuius rei euidentiam et testimonium Sigillum nri Judicij siue Aduocati supranominati iussimus subappendi. Praesentibus ibidem Nobilibus Viris Jacobo Staskowski, Nicolao Rusiecki, Stanislao Strzelecki Jacobo Wilkowski, Joanne Turski et alijs quam pluribus fidedignis ad hoc specialr rogatis et vocatis

Priuilegium quod Scultetus de villa Lapczyca deb. soluere censum quadragin. gros. et obedientiam præstare Dño Abbati cū suo Conuen. sub Sig.



Nos Joannes de Czyzow Castellanus et Capitaneus Crac. necnon Serenissimi Dñi Regis Poloniæ locum tenens. Significamus tenore præntium quibus expedit vniuersis tam præsentibus quam futuris. Quomodum cum alijs Dñis iudicialiter præsidebamus, inuenimus ita inter Vnblem virū Dñum Abbatem Bogdalum Pinecen. et suū Conuentum et inter Joannem Gwosdz de tertia parte bonorum suorum, quæ habet cum Fribus in Lapczyca ipsi Dño Abbati et suo Conuen. debet soluere quadraginta grossos census comib. pecuniæ monetæ et numeri Polonic. consueti temporibus solitis secundum consuetudinem terrestrem singulis annis. Obedientiam etiā ipsi Dño Abbati cum suo Conuentu debet facere secund. quod lrā canit ipsorū Abbatis et Conuentus signant. ea sub sigillis Abbatis et Conuentus, vbi nominat Abbas Albertus et Conuentus quæ est scripta sub data in Pyzniec die Sto Pentecostes sub Anno Dñi Millesimo Trecentesimo Septuagesimo nono. In cuius rei testimoniū Sigillū nrum præntibus est subappensum. Dat. Cracou. feria tertia infra Octauas Visitationis BB. MARIÆ Anno Dñi Millmo Quadringentesimo Quadragesimo quarto. Præntibus his testibus Serenius et Nobilibus Joanne Pokosch de Poscice Vicecapit. Crac. Petro Czicowsky Subiudice Pre Crac. Sofrieksio de Swiradrice, Johanne Borek de Wolna, Nicolao Deluisky, Petro de Possarzicze et multis fide dignis.

+ de Lapczyca qt idē Joannes Grosdz

Adiudicatio census duarum sexagenarū prouenien. de Lapczyca Monrio Pinecen. sub sig.

G

Nos Nicolaus de Michalow Castellanus et Capitaneus Crac. Significamus

camus tenore presentium quibus expedit universis praesentibus et futuris notitiam praesentium habituris. Quod cum Nobilis Joannes Gosdz haeres de Lapczyca Nobilem virum Dominum Stanislaum Abbatem Monasterij Pincoviensis ad praesentiam nostri iudicij citasset et citari procurasset pro eo quod ex iussu et mandato ipsius Domini Stanislai Abbatis duodecim tam boni ipse solus venientes in haereditatem ipsius curiam eius repercussenit violenter et duo hostia fregerunt et quatuor equos in valore duodecim marcarum vi et potentia receperunt. Tandem nonnullis terminis inter ipsas partes praefatas motis et volutis in uno termino peremptorio et ultimato procurator ipsius Domini Abbatis ex adverso respondit atque dixit quod Dominus Abbas illud quod mandavit recipere eidem Joanni recepit in suo censu videlicet duarum Sexagenarum quem idem tanquam subditus dicti Monasterij singulis annis eidem Domino Abbati et cuilibet alteri pro tempore existenti soluere debet. Denique idem iterum Joannes Gwosdz astrictus erat literam ponere quod nunquam censum huiusmodi Domino Abbati praedicto et alteri pro tempore existenti soluere de haereditate quam in Lapczyca possidet soluere non deberet, tempore autem adveniente in quo Privilegium huiusmodi ponere debuit eundem Privilegium non posuit. Nos vero visa iustitia dicti Domini Abbatis et eiusdem Joannis iniustitia per hoc quod non posuit Privilegium praedictum Domino Stanislao Abbati et Monasterio praedicto duas Sexagenas pecuniae communis in eodem adiudicavimus et tenore praesentium adiudicamus in his scripturis ratione census. In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est subappensum. Actum et Datum Cracoviae feria quarta in crastino Sancti Georgij Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Vigesimo sexto. Praesentibus Strenuis et Nobilibus viris his testibus Dobesslao de Grzybow, Nicolao de Probolowicze Petro de Lucianowicze, Nicolao de Borzykowicze, Petro Mauorzski Iudicibus et alijs quam pluribus fide dignis.

Super tenutam in Kolanow.

Joannes Divina patientia Abbas, Joannes Prior et Custos, Nicolaus Clauiger, Stanisslaus Praepositus Infirmorum, Gregorius et Nicolaus Thesaurarij, Stanisslaus Procurator totusque Conventus Monasterij Pincoviensis. Significamus tenore praesentium quibus expedit universis. Quod attendentes fidelia servitia Generosi Stanisslai Oraczowski de Przebyslawice Confratris nostri quae nobis exhibuit exhibetque et signanter quia villam dictam Kolanow prope Bochniam iacentem pro qua ad praesentiam Serenissimi Domini Kazimiri Regis Poloniae et ad iudicium Serenitatis

nitatis suæ per famosos Consules et Cives Bochneñ fueramus citati, nobis iure obtinuit. Nos verò volentes ipsum consolare pro re hmõi et ad tempora ulteriora conseruare prefatã villam nrãm Kolanow dictam cũ omnibus et singulis vtilitatibus et fructibus et prouentibus prout soli habuimus et tenuimus eidem donauimus dedimus et per pntes damus et conferimus ad tempora duntaxat vitæ ipsius Stanislai Oraczowski superius nominati per ipsum habendã tenendã vtifruend et quoad viuent possidendam pleno iure, post decessum vero prędicti Stanislai Oraczowski dicta villa nrã Kolanow cum omni iure et prouentibus quibusuis dominioq toto ad nos successoresq nros tanquã ad ueros legittimosq hæredes spectare et venti et deuolui debebit nullo proximiori dicti Stanislai Oraczowski contradicente aut in aliquod ius se intromittente. Ipse aũt Stanislaus Oraczowski confrater nr̃ compromisit vti homo bonus iuxta maius suũ posse nobis et hominibus nr̃is consiliari seu consilia præbere in omnibus causis, quæ fuerint Juris Secularis seu Terrestris Cuius villæ cũ omnibus prouentibus donaõem super expressam spondemus et promittimus ad vitam duntaxat ipsius Stanislai Oraczowski conseruare firmiter tenere et inuiolabiter conseruare. Harum quibus sigilla nrã sunt subappensa testimonio lrarum Actum et Datum in Monrio Sinecen̄ Dnica infra octauas Corporis Xp̃i. Anno Incarnationis eiusdem Millmõ Quadringmo octuagesimo septimo.

Priuilegium super emptionem Scultetiæ in Villa Kolanow.

In nomine Domini Amen. Nos Vincentius Baranowski Diuina ordinatione Abbas, Andreas Brzezowa Prior et Custos, Stanislaus Subprior, Joannes Lowczowski Prępitus Infirmorũ, Nicolaus Zakowski et Stanislaus Thesaurarij, totusq Conuentus Prũm Monrij Sinecen̄. Significamus tenore pñtium quorum interest vniuersis et singulis præsentibus et futuris harum notitiam habituris. Quod posteaquam declaramus consensum nrũm Gnõso Dño Nicolao Maciciowski factori bonorum Monrij Staniatecen̄ ad eximendã Scultetiã in villa nrã Kolanow existentem de manibus Gnõsi Dñi Stanislai Slonkowski in sobolem hæredis atq eius consortis Barbaræ legittimæ prędictæ Scultetiæ modernorum possessorum. Et cum ipse præfatus Nicolaus Maciciowski vigore huius nr̃i consensus sumãm certam pecuniæ vczt quadringentos et viginti

floreñ

florēn numeri et monetæ Polonicalis in regno currēn præfatis possessoribus 131
prænominatæ Scultetiæ reposuisset realiter et in effectu, supplicassetque
nobis vt eidem super hac tali emptione iuste et legittime facta lit-
teras nr̃as concederemus præfatamque summam iisdem lr̃is nr̃is inscribe-
remus. Nos itaque habita inter nos mutua deliberatione, de vnanimi
nostro omnium consensu et voluntate habentes denique respectum ad
eius promptam obsequendi voluntatem, qua se nobis et successoribus
nr̃is famulaturum repromisit præfatam summam quadringentorum et viginti
ti floren eidem Nicolao Maiecowski, consortique eius legittimæ Barba-
ræ, eorumque legittimis successoribus præsentibus inscribere censuimus si-
cut iam inscribimus ad meliorem conditionem prædictæ Scultetiæ
inde secuturam. Volentes insuper eundem Nicolaum Maiecowski v-
beriore gratia nr̃a prosequi et in obsequiis præstandis promptio-
rem efficere ipsi Nicolao eiusque consorti legittimæ Barbaræ filioque
ipsorum legittimo Martino eandem Scultetiam cum omni iure, domi-
nio et proprietate necnon cum omnibus et singulis eiusdem Sculte-
tiæ prouentibus, vtilitatibus, fructibus, redditibus, iuribus, perti-
nentijs, libertatibus, prærogatiuis, Scultetialibus iuxta vim et for-
mam lr̃arum et priuilegiorum originalium ad dictam Scultetiam quo-
modolibet spectantium, tenendum habendum vtifruendum pacifice, qui-
eteque possidendum ad ipsorum præfatorum coniugum eorumque legittimi fi-
lii Martini vltima vitæ tempora. Damus insuper præfato Nicola-
o Maiecowski eiusque successoribus legittimis omnimodam facultatem, fi-
dictam Scultetiam vendendi commutandi cuicunque voluerit nr̃o tamen
consensu prius requisito. In quorum omnium præmissorum fidem maiusque
robur ac testimonium sigilla nr̃a præsentibus sunt subappensa.
Actum et Dat in Mon̄rio nr̃o Sinecen feria quarta ante Dnicam
Quinquagesimæ Anno Dni Millmo Quingentmo Quinquagesimo
Sexto. Idem Vicentius Abbas qui supra manu propria.
Idem Andreas Prior qui supra manu propria.

Priuilegium super Sculletiam in Okulice de nouo erigend et venditio eiusdem per Mscislaum Abbatem. Sub Signo V.

In nomine Dni Amen. Ne vetustas temporis humanos actus insignes naufragiu nubilo obliuionis nouercatur scripti perennis vigore et testium adminiculo oportunam receperint firmitatem et prouide nos Mscislaus miseratione Diuina Abbas, Boguslaus Prior, Matthias Custos, Joannes Clauiger. Andreas Prepositus totusq Conuentus et Capitulum Monrij Tinecen Ordinis S. Benedicti Cracouien Dioc. Notum facimus quibus expedit vniuersis presentium notitiam habituris. Quod cupientes in villa nra nriq Monrij vulgariter Okulice nuncupata, de agris, molendinis, Taberna ad nram Curiam et labores nros spectantibus, dibuis, aquaru decursibus vtilitatem ordinare meliorem, et profectum ampliare, in eadem villa nra Okulice Sculletiam de nouo erigimus, ipsamq villa nostram in Jus Theutonicu, quo aliae nrae et nri Monrij predicti villae vtuntur, per amplius constituentes et in auum Sculletiam eandem nram cum Juribus et bonis infrascriptis villae Okulice predictae vendidimus honesto viro Joanni dicto Medzercz Opidano Oppidi dicti Korzyce pro triginta duabus marcis moneta Regni Polonia et currentis comuniter pagamenti per ipsum suosq Succores legittimes in perpetuu tenenda, habend et possidendam. Cui quidem Sculletia appropriamus et addimus bona, vtilitates, ac Jura et libertates infradescriptas. Et primo duos laneos comunes seu sortes. Molendinum vnum, Tabernam vnam, hortosq hortulanis, quot possunt plures locari et erigi in bonis Sculletia predicta. supranominat. piscinas quotq plures in dicta hereditate tota eadem erigere

possunt

possunt libe: Sexaginta arbores pro mellificiis praeparandis. Sexaginta pascendi scroffas Sculteti praedicti siue ipsius siue alienas in nostra sylua haereditatis villa praedicta libe, tertiam partem obuentionu Judicialium et pro Judicio baniendo nos tenebimur tres Scabinos de villa nra Xiaznice cum necesse fuerit ordinare et alius Sculketus qui pro tempore fuerit, quot necessarii erunt de dicta villa Okulice statuere tenetur, pro expeditionalibus aut Kmetones villa praedicta Okulice medietatem quantitatis tanta sicut in Xiaznice solui consueuerunt exsoluent Sculketus vero ad expeditionem transire eo quod labores et bona Curia nra praedicta obtinebit de quibus nulla unquam seruitia erant, ad expeditionem consueta fieri non est, nec erit astrictus, nisi nobis communia seruitia ad tria milliaria facere obligatur, Censum aut bonini quilibet Kmeto villa praedicta Okulice annuatim per octo scotos grossoru nobis exsoluant, habebunt aut Sculketus et Kmetones qui fuerint pro tempore pri, ruru in sylua nra lignoru glandiu usumfructu quemadmodu dicti Kmethones antea habuerunt, licebit etiam Sculteto praedicto et posteris suis permanere in alio loco et bona praedicta, ac hortos exponere et locare et conuertere prout sibi melius expedierit Kmetonibus hortulanis, artificibus seu methariis et sicut sibi competentius videbitur expedire praedictamq Sculketia vendere, donare, et permutare cu dumtaxat super his nram prius obtinebit voluntatem. Vt aut oia et singula praemissa robur obtineant perpetua firmitatis. Ad hoc omniu testimoniu et euidentiorem plenioremque prns Priuilegiu scribi et Sigillorú nrorum Abbatis et Conuentus praedictoru munimine fecimus roborari. Actu et Dat in Monrio nro Tinecen praedicto in Vigilia Corporis Christi. Anno Dni Millmo Trecenmo, Nonagmo secundo. Praesentibus Nobq et discretis viris Dnis Michaele Rectore Eccle S. Nicolai Suburbij Cracouien. Nicolao Andrea de Vislicia Ciue Cracouien Andrea Joannis de Kocisska, Jaszkone de Wrblonice haeredibq

Nicolao.

Nicolao Benedicti de Slezino, Nicolao Joannis de Brzeziny Gneznen. Nicolao Martini de Lelowia Cracovien. Simone Nicolai de Wryenstat Wratislavien. Dioc. Notar. Publicis ac aliis quam pluribus testibus fide dignis.

Super Sculteriam in Zborowice

In nomine Dni Amen. Quoniam ab humana memoria res gestae annorum revolutione continua et temporum vicissitudine defectu prolabuntur. Quare non improvide est inventum ut hebeti memoriae bonum scripturarum testimoniis prout est possibile succurratur. Hinc est quod nos Henricus Divina et Aplicae Sedis providentia Abbas Monrij Tinecen. Ordinis S. Benedicti totusque Conventus eiusdem Eccliae reformationi ipsius Monrij non modicum intenden. de consilio proborum virorum et consensu Frum nrorum vendidimus Sculretiam in villa nra Zborowice dictam discreto viro Petro Sculteto de Lipnik pro quadraginta marcis grossorum monetae usualis sibi ac suis posteris perpetuo possidendam. In qua siquidem villa donamus eidem Petro ac suis posteris duos mansos liberos tabernam construendam piscinam, macellum panis carnium unum et unum sutorum, molendinum. Piscationes liberas ac venationes Sextum denarium de censu, et tertium de Iudicio cum omnibus libertatibus quas habere solent alij Sculteti huius Regni secundum ius Maydeburgen. et communem consuetudinem aliorum nrorum Sculterorum. Concedimus insuper incolis eiusdem villae de cultis agris trium annorum, de sylva vero viginti annorum libertatem, propter quorum devolutionem de quolibet manso octo scotos dare tenebitur pro decima vero a primo anno usque ad vigesimum de cultis agris pariter cum rubetis mensuratis de singulis mansis pensionem nobis dabunt. Post decursum vero viginti annorum et expirata libertate. insuata haereditate expedita de quolibet laneo ut supra dictum est per octo scotos pro censu et pro decima ... nobis dare sint astricti. Caeterum tria prandia in anno quolibet et honores

res in Christi Natiuitate et in Pascha scdm consuetudinē per vnū grossū de manso quolibet nobis dabunt. Damus etiam eisdem pro pascuis vnū mansū et ad Ecclam ibidem construendā pro nra salute vnū mansum. Donamus insuper saepedicto Petro ac ipsius posteris plenā libertatē venden alienan emptionem et comutandi praedictam Sculletiam quoties voluerit nro tamen cum assensu. Insuper Sculletus saepedictus armatus seruire tenebitur nrum ad mandatum. Ad nram vero Curiam duos mansos pro nobis reseruamus. Caeterū si pro nri Monrij vtilitatibus nos contigerit in futurum aliqua construere vel aedificare nolumus nobis supradicta praeiudicare. Et vt haec omnia et singula perpetua maneant stabilitate firmata non à quolibet Succorū nrorū valeant praepediri prntem paginam conscribi fecimus et sigilli nri munimine ac Prum nrorum duximus roborandā. Praesentibus testibus Pre Joanne quondam Abbate Calui montis Pre Matthia Cellerario, P. Venceslao et P. Joanne Custode et compluribus alijs fide dignis. Dat in Pincia Anno Dni Millmo Trecentesimo Quadragesimo Quinto.

Granities inter villas Zborowice et inter Zimnowodka et Pławna

Sub Signo.



Adamus Oczieszki Succamerarius Terrae Cracouien Generalis. Significamus tenore prntium factas esse granities per Gnosum Petrū Błoniski Camerariū Districtuum Sadecen Biecen, quae Actis nris Succamerarialibus ingrossatae sunt in haec verba. Acta sunt haec in loco campestri granitiali in loco Differentiarū inter villas haereditarias Rndi Dni Łowczowski Joannis de Łowczow et Plezna Abbatis et sui Conuentus Monrij Pincen Zborowice ex vna, et Ktis Joannis Socimski Zimnowodka Pławna ex altera partibus. Et hoc feria quinta

quinta post Dnicam Reminiscere proxima Anno Dni Millmo Quingen-
tesimo Sexagesimo Sexto. In quo praefato loco supra nominato Of-
ficium Dni Succamerarij Terrae Cracovien videlicet Gnosus Petrus Bloni-
ski de Blonie et in Luczlawice haeres Camerarius Districtuum San-
decen Biecen per Dnum Succamerariu Crac Gnalem Adam Ocieski
a Ociesno deputatus et delegatus fundavit sua iurisdictione et
ministeriali Terri Alberto Donay de Staskowka iussit proclamare
Vt partes agant et procedant corā officio praefato iuridice. Quia par-
tes supra nominatae videlicet Rdus Dnus Joannes Zowczowski et Joannes
Buciniski euadentes quosdam strepitus Juris impensas et iuramenta, et
sic ex concordia et amicabili compositione certorū arbitrorū et ex consensu
praefatarum partium personaliter circa praemissa existen Abbas ex vtraque parte
consentien. Ipse videlicet Abbas per se vnacū Religioso Michaele à Tuchow Fre
Conuentus sui nomine totius Conuentus praedicti cum sufficienti mandato e-
iusdē Conuentus. Ad hoc habito praefatus etiā Joannes Burzyniski per
se ad facien et renouan ac signan easdem granities consenserunt. in hunc qui
sequitur modum. Quia primus Scopulus angularis seu acialis alias narozny
factus est et signatus et erectus renouatusque est supra riuulum w
potoku vulgariter Slocesin nuncupatus supra quē riuulum, ab altera par-
te versus Orientem sunt Scopuli diuiden villas et haereditates villa-
rum Zborowice praedicti Abbatis. et Kasna Gnosorū Martini et Stani-
slai Roznow, et demum ab eodem Scopulo angulari seu aciali w potoku
vulganter Slocesin nuncupato facto transeunt scopuli versus meridiem
per syluā dictam Jodlowy vsque ad campum in cuius siluae extremitate
factus est scopulus secus viam sub eadem sylua et inde facti sunt
scopuli se sequen vsque ad metam, alias do viazdu qui diuidit Zborowice
et Plawna. In qua meta facti sunt scopuli, et à meta praedicta, versus
occasum solis tendunt scopuli penes gaiū quercinum super fluui-
um dictum Biala iacens versus orientem quae sylua est dicti Joannis
Burzyniski tota et integra et venien ad finem dicti Gay eundo
de monte deorsum tendunt, vsque ad lapidem, supra quo lapide
quidam sacrilegus crematus est, et ab eodem lapide infenus flu-
minis de Sczepanowice dicta Biala. Ex altera vero parte fluminis dicti Biala

~~incepti sunt.~~
In littore.

in littore ac in limite als na viezdzie facti sunt scopuli se sequentes
vsq ad montem, sub quo monte factus est scopulus circa alueu als przy po:
toku et ab eodem scopulo alueo predicto ad occasu solis directe eundo, Si
vero scopuli ex altera parte fluminis dicti Biała incepti sunt inter Zbo:
rowice et Zimnowodka. Tandem ab alueo predicto sippatus est sco:
pulus in extremitate syluæ in campo supra eodem alueo, sub sylua di:
cta Okreglicza eundo ad montem versus meridiem et inde diverten et
ad occiden tendunt scopuli directe penes sylua vsq ad locu dictum Ka:
cik, et a loco predicto Kacik. versus occidentem se diverten per al:
ueum. In altera parte eiusdem aluei sippatus est scopulus circa via
non admodu notabile quæ est in superficie eiusdem syluæ dictæ Okre:
glica, eundo vsq ad alueu sippatus est scopulus, et a predicto Scopulo
procedendo, directe versus campum sub pirva, in qua est signum fa:
ctu ad instar crucis sippatus est et scopulus, et a predicto scopu:
lo versus septemtrione wrog pola sipatus est scopulus circa alueu,
et directe per alueu in altera parte eiusdem aluei sipatus est scopulus,
et a predicto scopulo sipatus est scopulus sub fago als pod Bukiem z
osyką in quo est signu ad instar crucis factu et a predicto scopulo sipatus
est etiam scopulus sub arbore dicta trzesnia in qua factu est signu
ad instar crucis et a dicto scopulo versus occasu sippatus est scopulus
sub pirva, in quo est signu ad instar crucis, a qua piro eundo directe
sipatus est scopulus sub arbore dicto Korziegza eundo versus meridi:
em per campum sippati sunt scopuli vsq ad piru, sub qua sipatus
est scopulus et a predicto piro tendunt scopuli eundo versus meridiem
vsq ad metam granicialem, quæ ex antiquo diuidit villas et hereditates
Sedziszowa et Zborowice. Ibidemq sipatus est scopulus magnus sub
arbore multi cortice als pod Brzozą, penes quem scopulum magnu
sic vt præmissu est factu als na viezdzie graniczny stetit et de:
terminata paries villæ predictæ Zimnowodka. Hinc demum ab eodem
scopulo sub multicortice in meta predicta graniciali situm, inci:
piunt granicies et scopuli sipati ac de terra erecti sunt inter he:
reditates videlicet Zborowice R di Dni Joannis de Lowczow et Plesna

Abbatis

189 Abbatis et ipsius Conuentus Pinecen ab vna et Gnosi Joannis Burzynski vil-
lae Sedzisowa partibus etiam ab altera, Jnter quas haereditates tendunt meta
praedicta alis vrazdem granicznym wierzchem gory scopali. Primus scopu-
lus penes viam factus est qui tendit de villa Sedziszowa ad Zborowice.
Demum eundo vlterius factus est scopulus sub tilia alis pod lipą, in qua
Signu graniciale factum est ad instar Crucis et a dicta tilia eundo ten-
dunt Scopuli vsq ad pirum in qua Signum factum est demum a piro prae-
dicto scopuli sunt sipatus meta praedicta se sequen vsq ad viam quae ducit
seu tendit de Siedliska ad Zborowice vbi ex vtraq parte via praedicta
facti et sipati sunt duo scopuli et a praedicta via tendunt scopuli de
monte deorsum meta praenominata vsq ad piru sub qua scopulus factus
est et Signum graniciale ac demum a piro dicta scopulus sipatus est
et a praefato Scopulo meta dicta tendunt granicies vsq ad locu dictum Ro-
kicie. Jn quo loco facti atq sippati et erecti sunt vltimi duo Sco-
puli aciales diuiden haereditates praedictas Zborowice et Szedziszowa, penes
quos duos scopulos aciales ministerialis Prvdus Prouidus Albertus Dunay de
Starzkowka de mandato Officij clamauit primo, secundo tertio, et vltra ius
quarto si quis sit qui praefatis graniciebus contradixerit et nemo con-
tradixit, Jmo ibidem stans personalr Gnosus Nicolaus Jordan de Zakli-
czyn et Bobowa hs parietem sua villa Sziedliszka ibidem fore agno-
uit et ad erectionem praefatoru scopuloru acialiu consensit, ac etiam
Scopulum aciadem suu tertium villae Siedliszka sypari et erigi admisit
Quas quidem granicies sic vt praemissu est factas praefatus Camera-
rius nomine eisdem contradicendo decreuit habere robur perpetuae
firmitatis. Authoritate Officii sui perpetuu silentium imponendo impo-
suit. Praesentibo ibidem Nicolao Jordan de Zakliczyn et in Bobowa hae
Stanislaus Paszycki de [illegible] et in Jastrzabia, Jenstophoro Piena-
zek de Kroslowa, Cirillo [illegible]kowski de Sczepanowice, Martino et Jerni-
slao Rozen de Karsna Joanne, Andrea, Stanislao Strzepianowie
de Siedliszka, Felice Dabek de Zawczow et alijs quamplurbus

fide dignis

fide dignis. Actum et Datum Anno, Die, loco, ut supra.
Petrus Bloniski de Blonie Sandecen Biecen Districtuu Camerarius manu propria.

Granities inter Zborowice et Kasna sub signo

Adam Ocieszki Succamerarius Terrae Crac. Generalis. Significamus tenore praesentium factas esse granicies per Gnosum Petrum Bloniski Camerarium Districtuu Sandecen. Biecen. Quae actis nris Succamerarialibus ingrossatae sunt in haec verba. Acta sunt haec in loco campestri granitiali, in loco Differentiaru inter villas et haereditates Zborowice Rdi Dni Joannis Lowczowski de Lowczow et in Pleszna Abbatis et sui Conventus Mon̄rij Tinecen. ab una. Et Kasna Gnosorum Martini et Stanislai Roznow partibus ab altera et hoc feria sexta post Dnicam Reminiscere proxima Anno Dni Millmo Quingentesimo Sexagesimo sexto. In quo quidem loco praefato supra nominato Officium Dni Succamerarij Terrae Crac. vzt. Generosus Petrus Bloniski de Blonie et in Lucztawice. bes Camerarius Districtuu Sandecen. Biecen. per Dnum Succamerariu Crac. Gnalem Adam Ocieszki de Ocieszno deputatus et delegatus fundauit suā iurisdictionem et Ministeriali Dni prouido Alberto Dunay de Łaszkowska iussit proclamare vt partes agant et procedant iuridice coram offitio praefato. Quae partes supranominatae ex concordia et amicabili compositione certoru arbitror et ex consensu praefatarum partiu personalr circa praemissa existen ad haec ex vtraq parte consentien factae sunt granicies seu limites inter haereditates supra nominatas vzt villa Zborowice Rdi Dni

Joannis

191 Joannis Lowczowski de Lowczow et in Plesna Abbatis Tinecen per se vna cum Religioso Michaele à Tiebow Fre Conuentus sui nomine totius Conuentus praedicti cū sufficien mandato eiusdem Conuentus ad hoc habito Praefatorū etiā Gnosorū Martini et Stanislai Roznowie Prūm germanorū de Kaśna in hac parte indiuisorū villā Kaśna. In hunc qui sequitur modū. Quia primus scopulus Angularis seu Acialis als narozny factus et sipatus ac renouatus est supra riuulū w potoku vulgariter Storzimy nuncupatus supra quem riuulum ab altera parte versus occidentē sunt scopuli diuiden villas et haereditates Zborowice praedicti Abbatis et Plawna et Kaśna. Et inde ab eodem scopulo transeundo supradictū riuū als nad potok vltra lapidem qui supra dictū seu fluuiū iacet dictus Rarzoty kamien versus montem ad Oriente dictū Krogolec tendentē in eodē monte sippati sunt et erecti de terra scopuli, à quibus scopulis vlterius proceden directē per wnvalles dictos Mariewow Potok, Siedlisko et Markow Potok et alios in sylua consistent et per paludes vsque ad viā non admodū notabilem dictā Kakawa Sendent scopuli vbi ex vtraque parte viae praedictae deorsū tenden facti sunt bini scopuli. Ac inde à via praedicta proceden versus septemtrionē tendunt scopuli ad riuulū dictū Lyezin Potok et deinde supra dictū riuulū similiter ex vtraque parte eiusdē riuuli facti sunt scopuli vsque ad viā quae tendit supra montē de Kaśna ad syluā, circa quā viā in campo seu riuulo ex vtraque parte viae praedictae facti sunt bini scopuli et à praedicta viā in monte dicto Podleze factus est Scopulus et sub eodem monte circa viā quae tendit de Kaśna ad Zborowice ex altera parte eiusdem viae facti sunt bini scopuli et ab eisdem Scopulis facti sunt tres scopuli per campū vsque ad Stagnū seu paludem, eundo in altera parte eiusdem paludis sipatus est Scopulus et ab eodem Scopulo tendent scopuli se se sequentes vnus ~~ad~~ post aliū vsque ad fluuium dictū Biała circa cuius fluuii littorē als nad brzegiem factus est Scopulus Angularis seu Acialis sub arbore Salice. In qua est Signū notabile ad instar crucis factum. Qui quidem Scopulus Angularis seu Acialis diuidit haereditates praedictas Zborowice et Kaśna. Penes quem

-quem Scopulū acialem in littore prędicto situ Ministerialis Pris providus Petrus dictus Sràd de Kiprzna de mandato officii clamauit primo, secūdo tertio, et vltra ius quarto Si quis est qui prefatis graniciebus contradiceret et nemo contradixit. Imó eędem partes personālr stantes parietes suos villarum supra dictarum ~~inter~~ Zborownie et Kąsna. Ibidem fore agnouerunt et ad erectionē prefati scopuli Angularis et Acialis consenserunt ac Separi ac erigi per Offūm prius admiserunt. Quas quidē granicies inter partes predictas factas sic vt premissum est Prefato Camerarius decreuit habē robur perpetuę firmitatis authōte Offi sui perpetuū silentium imponendo imposuit. Praesentibus ibidem Gnōsis Nicolao Jordan de Zakliczyn et in Bobowa, Stanislao Skarzyki de Luczkowice et Zimnawodka, Felice Dobek de Zowczow et alys quam plurimis fide dignis. Actū et Dtū Anno, Diē, et loco vt supra.

Petrus Blonski de Blonie Sadecen et Biecen Districtuum Camerarius manu propria.

Inuadiatio villę Zborowice matri Baranowskich

Joañes diuina patientia Abbas, Jacobus Subprior, Nicolaus Praepītus Infirmorū, Stanislaus Custos, Jacobus et Martinus Thesaurarij, totusq Conuentus Monrij Pinecen. Significamus tenore prntium quibus expedit vniuersis. Quia villam nrām dictā Zborowice in terra Biecen. existentem inuadiauimus et prntbus inuadiamus Gnōsę Dnę Annę Baranowska in ducentis marcis monetę et numeri Polonical in Regno Poloniae cōmunil curren. cū omni iure et toto dominio pro nobis nihil reseruan. duabus agnb de decima pecuniaria quę de ibidem annis singulis dat et soluit dumtaxat receptis quas nobis eximimus et omnino reseruamus et ipsam villā talit per nos inuadiatam eximere nolumus quamdiu prefata Dnā Anna Baranowska vixerit

.sed eam

sed eam cum omni iure tenebit et possidebit praeter ipsas duas marcas de Decima pro nobis reseruatas usq ad tempora suae vitae. Post mortem vero suā in praedio dictae villae remanere debet sex vaccas, duos boues, et duos equos annos, capones, et gallos communes, atq scrophas. In quorum omniū et singulorum fidem et testimonium sigilla nra praesentibus sunt subappensa. Dat in Siniec. ~~in~~ Dnica Inuocauit. Anno Dni Millmo Quadringentesimo Xanagesimo sexto.

Priuilegium super Sculteciam in Zborowice per Mscislaum cum Conuentu trecentis marcis Polonic vendit cuidam Wladario Cracouień.

De Data 1407. sub sig. W. L.

In nomine Sanctae et Indiuiduae Trinitatis Patris et Filij et Spiritus Sancti feliciter Amen. Religiosorum virorum meditatio cordis assidua ac inter caetera debet continere speciale, vt suis subditis tales gubernationes ēesq Rectores perficiant, qui pace tranquilla ipsis valeant procurare, ipsosq onerosa grauamina salubri consilio et oportuna tuitione releuare, ne dum ipsi contemplationi aut Diuino Offo vacarent, huoi subditi Gubernat solacio destituti diuersisq iniuriis effecti cogerentur irremediabilis consumptionis naufragiū sustinere. Proinde nos Msciislaus Diuina patientia Abbas, Stanislaus Prior, Matthias Clauiger, Stanislaus Custos, Prandota Praepositus, Joannes Cantor, Nicolaus Vonopka Janczius et Boguslaus antiqui, Moyses Nicolaus Kelcika, Petrus et Marcus ateniq Fres iuniores ac totus Conuentus Prum Monrij Siniecen Ordinis S. Benedicti Cracouień Dioeces. Ad perpetuā rei memoriam. Notum facimus Sarū serie, quibus expedit vniuersis ad quos praesentes deuenerint et quos infrascriptum tangit negotium seu tangere poterit quomodolibet in futurum. Quod debita animaduersione perpenden qualiter nri Kmetones in villa Zborowice in fluuio Biestna prope fluuiū Balam terra Biecen non longo spatio ab Oppido Czeszkowice situata degentes

-tes, plurima incomoda et grauia impedimenta atque iniuriosas oppressiones pro-
pter carentiam Sculteti, qui eos in omnibus et singulis premissis sua opera
mediante posset tueri et etiam releuatione sustinerent. Nosque et nostri Procura-
tores propter longam distantiam, qua a nobis nostrisque Procuratoribus et a nostro Mon-
rio predicto noscuntur distare ipsis temporibus oportunis nec comodose possu-
mus in dictis tribulationibus subuenire. Nos igitur consideratione cupien-
tes non solum eisdem nostris Subditis, verum etiam nobis et prefato nostro Mo-
nasterio salubrius prouidere, ipsisque pacem et quietem ministrare diuersis
vicibus Capitulum facientes et sic capitulariter congregati saepius inter se reuol-
uentes de vnanimi nostrum omnium consensu Honorabili et discreto viro
Dno Petro Saredi de Kyam Rectori mediae partis Ecclae Parochialis S. Jaco-
bi in Kazimiria Vlodario Cracouien. de militari genere procreato Sculteciam in
dicta villa Zborowice cum omnibus et singulis fructibus reddititibus pro-
uentionibus, Obuentionibus vniuersis prout ab antiquo tempore erecta et
dotata fuerat pro ducentis marcis centum latorum grossorum Pragen. et cen-
tum marcis communis monetae et numeri in Regno Poloniae decurren.
vendidimus ipsamque Sculteciam, et deinde ius in eum suosque Successores
transtulimus et transferimus praesentium tenore nihil proprietatis nobis vel
nostro Monrio in ea reseruantes. Saluis tamen iuribus infrascriptis. Sed ne
per quempiam possit verti in dubium quid pro dicta et iure dicta Sculteca
dictusque Dnus Petrus Scultetus ac sui praedicti Successores debeant ha-
bere, tenore praesentium clare duximus defendendum. Et primo quatuor laneos
seu mansos cum omni excrescentijs vulgariter Przymiarki et Ossari dictis qui ab
antiquo ad dictam ipsam Sculteciam et Scultetum pro tempore existentem pertinebant
liberos et per prefatum Dnum Petrum Scultetum suosque Successores sine omni cu-
iuscunque census seu quacunque solutione quocunque nomine vocetur libere pos-
sidendos diminute vel minus specifice incorporati fuissent incorporamusque
praesentiumque damus et etiam incorporamus tenore. Quibus quidem laneis
libere uti seu in eis Kmetones aut hortulanos tot quot habere voluerit loca-
re pro suo libito voluntatis, et de quibus Rectori Ecclae in dicta villa Zboro-
wice qui pro tempore fuerit singulis annis vnam marcam monetae praedictae
soluere tenebitur omni excusatione semota. Vltra quosdam quatuor laneos
quindecim laneos per Kmethones dictae villae decernimus fore possiden-
dos, prout per eos ab antiquo fuerint possessi, de quorum singulis
Kmetones singuli nobis et nostro Monrio praedicto per vnam marcam

grossorum

grossorũ Pragen. medietatem ad Festum Natiuitatis S. Joannis Baptistæ
et aliam medietatem ad Festũ S. Martini pro censu, pro decima verò per vnũ fenonē
similiter latorũ grossor et per vnã mensurã auenæ, ac duos pullos duos caseos
et duodecim oua annis singulis soluere tenebuntur. Item Syluas
prata, piscinasq quæ ab antiquo ad dictã Scultetiã pertinebant et præ-
sertim quæ sunt sita iuxta dictũ fluuiũ Biala et quæ comutantur cum
hæreditatibus dicti Oppidi Lieszkowice et villa Kaśnã suis gra-
nitijs longè lateq se extendunt eidem Sculteto et suis Sucōribus prædictis
dedimus et prñtium tenore. Item damus eidem Dnõ Petro Sculteto di-
ctisq sui Sucōribus omnimodam facultatem in dictis fluuijs vocit in-
Zestna seu Biala in vtroq littore et in quibuscunq locis ipsis aptius
et melius videbitur duo molendina et pro suo libito erigere. Con-
cedimus etiam ipsis vltra limites dictæ villæ in vtroq littore dicti fluuij
Bestna locandi seu erigendi duas tabernas duo macella carnificum
duos bancos sutor, duas institas Sartorũ, duos bancos pistorũ, vnam
domũ fabrorũ, et vnã domũ lutifigulorũ. Quibus omnibus institis
bancis dictisq artificibus vti poterit iuxta ritũ et consuetudinem
ciuitatũ et adiacentiũ Oppidorũ. Et vltra prædicta molendina, ta-
bernas, bancos et institas non licebit nobis nec nrõ Monrio prædi-
ctõ aut nris Sucōribus alia molendina, piscinas, tabernas, bancos, et
institas erigere seu quomodolibet locare. Insuper damus et libere cō-
cedimus præfato Dnõ Petro Sculteto et suis Sucōribus prædictis perci-
piendi et leuandi sextũ denariũ de censibus et alijs obuentionibus præno-
tatis, tertium denariũ pœnarũ qualitercunq de iudicio prouenientium.
In quocunq iudicio præfatus Dnus Petrus Scultetus et sui posteri Sucōres le-
gittimi per se aut per suos procuratores cũ septem Scabinis toties quo-
ties opus fuerit debebunt præsidere quæ iudicia iure Maydeburgen.
debent iudicari decidere et etiam terminare. Præfatus verò Dnus Petrus
Scultetus et sui posteri Succores in causis leuioribus et maioribus corã
nobis in Pyniec aut nris Aduocatis more solito iudicio præsidentibus
Habebit autẽ præfatus Dnus Petrus Scultetus et sui Succōres prædicti
omnimodã

omnimodam facultatem singulis annis nobiscu et cu nris Succoribus seu nris vel cora procuratoribus tria magna bannita iudicia temporibus consuetis et statutis facere. In quibus quidem iudicijs praefato Dnus Petro Sculletus et sui Succores memorati vnu omnes vero singuli dictae villae Kmetones duo prandia pro nobis aut dictis nris procuratoribus facere tenebuntur. Quodsi nos et Succores nros praedictos aut dictos procuratores dictis iudicijs no contigent interesse, aut dicta prandia nolemus seu nolet habere extunc pro quolibet prandio dicti Sculteti et Kmetones praelibati per octo scotos soluere debent esse astricti. Caeteras vero obuentiones seu donaria, quocunque nomine vocentur Kmetones eiusdem villae tam nobis quam etiam nro Monrio et similiter praefato Dno Petro Sculteto et suis Succoribus ex integro taliter soluent et effectualr assignabunt prout ceterae villae in terra Bieren Scultetos habentes soluunt et assignant habebit etia praefato Dnus Petro Sculletus et sui Succores plena ptatem in singulis fluuiis in metis dictae villae decurren cum quibuscunque retibus piscandi quaruncunque feras venandi necnon omnium generu aues capiendi pro suolibito voluntatis Kmetones vero dictae villae nisi cum paruo reto dicto szakiem dictis fluuijs et alijs aquaru decursibus piscandi habebit ptatem. Quotiescunque aut dictu Monrium contingerit Scultetos aliaru villaru nobis et nro Monrio subiectaru ad gnalem expeditionem dirigere toties praefato Dnus Petrus Sculletus et sui Succores praedicti vnu clientem cum balista in proprio equo valente quatuor marcis ad hmoi expeditionem tenebitur expedire. Quem quidem Dnum Petrum Scultetos seu ipsos Succores praedictos nolumus ad aliqua alia seruitia obligare, sed ipsos de eisdem penitus liberamus. Quamquidem Sculletiam sic vt praemittitur limitatam et in suis conditionibus descripta praefato Dno Petro Sculteto et suis Succoribus praedictis vt supra praemisimus vendidimus, contulimus, dedimus et assignauimus, tenoreque praesentium vendimus conferimus, damus et effectuali assignamus per ipsum Dnum Petrum et Succores praedictos habend tenend, possidend, vendend permutand. Ad hoc tamen nro nrorumque Succrum accedente voluntate et consensu spali, et alios in beneplacitos vsus quomodolibet conuertere aliquis praefatu Dnum Petru Sculletum aut ipsius Succores super

praedicta.

predicta Sculteti, aut eius Juribus impetere seu inquietare asserens eam ad se quocunq titulo pertinere. Extunc promittimus ipsu Dnum Petrum Sculte:tetum ipsiusq Succores reddere et ab hmoi impedimentis libera:re. Prns aut Originale Priuilegium prefatus Dnus Petrus Sculte:tus et Succores sui praedicti nulli alteri quam nobis aut nris Succoribus Abbatibus semel tant singulis eorum vita fungentibus de qua ostensione vnam Sexagena est ascriptus. Caeteris vero nris Capitaneis aut prntibus solummodo copiam eiusdem Priuilegij sub manu publica ostendere debe:bit, de qua ostensione sex gross sint ad soluend ascripti. Vt aut omni:a et singula suprascripta robur habeant perpetua firmitatis prntes Priuile:gij lras nri ac Conuentus Monrij memorati Sigillorum appensionis munimine fecimus comuniri. Actum et Datum in Monrio nro Tinecen pdto in Vigilia Omnium Sanctorum. Anno Dni Millmo Quadringentesimo septimo. Praesentibus Vnlibus Honorablibus et discretis viris Dnis Joanne Ab:bate de Orlouia, Joanne Schaffranecz Custode, Joanne Rectore Parochi:alis de Woinicz Canico Cracouien Joanne Parrochij Capellae S. Joannis Baptistae in Cracouia, Nicolao S. Joannis Capela de Grobla et de Brze:sko Prabend Eccliar, Paulo Andrea de Byczki, Nicolao Marci de San:domiria Not Publco Testibus.

Priuilegium super Sculteticam in Zboro:wice sub Signo. •8Z

Nos Albertus miseratione Diuina Abbas, totusq Conuentus Monrij Tinecen Ordinis S. Benedicti Cracouien Dioces. Notum facimus quibus expedit vniversis, quod cum de Anno Dni Millmo Tricentesimo Septuamo Sexto quinta feria ante diem Pascha per Derslau Sculte:tum, Eliam, Paulum, Smiley, Milsum Slotko, Jasione, Vali vittorem et Bartu:nem, Jasionem Scabinos iudicium Theutoniciale in nra villa Zborowice fuisse bannitu, coram quo iudicio bannito Xlis Dna relicta Kraszczo no:nis ibidem Scultetissa, cum Zmislao Bobcone Jacussio, Andrea Custode suis vocibus parte ex vna, partes tres et Derslaus Scultetus pdtos ibidem parte

parte ex altera partem quartam Sculteciæ ibidem in Zborowice divisim coniunctim non totam Sculteciam in Zborowice villa prædicta personaliter constituti confitebantur et seu confessi fuerunt se vendidisse pro centum viginti marcis gross. Pragen. Nobili viro Martino de Woiacona hæredi et suis Successoribus Unius vero titulo venditionis iure hæreditario perpetuo cum toto iure possessionibus, proventibus et pertinentiis universis ad dictam Sculteciam pertinentibus et quæ ad ipsos pertinebant prout ipsæ possessiones proventus ac pertinentiæ quas Sculteciæ in principalibus litteris seu privilegiis locationis plenius continetur eidem quoque Martino dictam Sculteciam cum præmissis possessionibus pertinentibus, iuribus, et pertinentiis universis non compulsi non coacti nec per aliquem errorem seducti, sed bona animi sui deliberatione præhabita ibidem in iudicio resignarunt tenendum, habendum, possidendum convertendum locandum donandum vendendum et ad usus suos beneplacitos convertendum. Nos vero Albertus Abbas, Gregorius Prior, Simon Custos Joannes Præpositus, Andreas Claviger, una cum ceteris Fratribus Conventus nostri moderati cupientes prædictam venditionem et resignationem rite et rationabiliter factas extitisse, unanimi nostro de consensu easdem approbamus, confirmamus et ratificamus Martino Scolibato dictam Sculteciam Sicut præmittitur per ipsum emptam, sibique in iure prædicti iudicii nostri resignatam totaliter cum prædictis possessionibus pertinentibus, iuribus et pertinentiis universis, cum consensu Conventus nostri moderati conferentes, Harum quibus nostrum et nostri Conventus sigilla præsentibus sunt appensa. Acta sunt hæc præsentibus Nobilibus viris, Clemente Abraham de Zimnowodka, Matthia de Bramburk hæredibus, Boguslao Ecclesiæ Rectore et Wascone Kmethone de Zborowice testibus ad præmissa vocatis specialiter et rogatis,

Præsentatio super Plebanatum in Zagorzany sub Signo M

Joannes Piotrowski Divina patientia Abbas, Paulus Prior, Valentinus Subprior, Andreas Præpositus Infirmorum, Matthias Procurator, Valentinus et Stanislaus Thesaurarii, Totusque Conventus Monasterii

199 Monrij Pinecen. Ad prntiam vniuersis et singulis deducimus quibus expedit. Quia ad merita et virtutes discreti Jacobi de Pucbow Clen Diaecesis Crac habentes singularé respectú sibi motu proprio Plebanatum in Zagorzany Tituli S. Laurentij eiusdem Diac nrae collationis per cessú vel decessum moderni Plebani Honorabilis Dni Vincentij et legittimi atq immediati possessoris et Rectoris in primis vacantem in vim gratiae nrae expectatiuae dedimus et per prntes damus firmiter et irreuocablr Commutationem nullam super praefata Capella admittentes et admissam cassatam coram nobis aut quouis iudice cassari fieri volentes. Quocirca Reuerendissimú in Christo Prem et D. Dnum Joannem Dei gratia Epum Crac modernú et aliós pro tunc temporis aut Vicario eorú in Spualibus existen humiliter ac deuoté rogamus vt ipsú Jacobú praefatú ad requisitionem prntium de eodem Plebanatu. Quem ita cessú per decessum vt praemissú est principalr vacare contigerit instituat et confirmet. Alijsq nrae praesentationis lris nó expectatib. Nec etiam obstantibus alijs quibuscunq gratijs nris cuipiam siue in fauorem alicui per nos datis siue dandis. Quibus omnibus pro hac vice derogamus prntibus et in post derogamus et derogatas fieri volumus. In cuius rei testimoniú nostra sigilla prntibus iussimus subappendi. Dat in Plyniec Sabbato post Festú S. Michaelis. Anno Dni Millmo Quingentesimo Septimo.

Super Granicies Warzyce

Sub Sig

Andreas de Senno. Succamerarius terrae Sandomirien Gnalis. Significamus tenore prntium vniuersis. Quomodo de voluntate et consensu nro speciali per Gnosum Petrum Sad de Moderowka nostrum Camerarium specialiter deputatum granicies limitatae sunt

et scopuli

et scopuli facti ~~sunt~~ et sipati inter villas Warzyce R^di Pris Dni Andreae Abbatis et Conuentus Pinecen. Monrij et Gnosi Stanislai et vxoris suae Veronicae de Bierzdziedza et Lublicza in hunc modum qui sequitur. Acta sunt haec de Anno Dni Millmo, Quadringentesimo Octuagesimo, ipso die S. Seuerini Epi et Confessoris feria secunda in campo granicierum inter Villas et haereditates Vnblib Dni Andreae Abbatis et Conuentus Pinecen. vczt Warzyce parte ex vna, et inter Gnosum Dnum Stanislaū Zarnowiecki et consortis suae Veronicae et ipsorum haereditatem Lublicza. Quas quidem granicies de vnanimi consensu et voluntate fecerunt et sipauerunt Principales duo scopuli vnus sub fago circa viam et alius ex altera parte viae, caeteri quoque scopuli ab eisdem transeuntes vnus circa torrentem dictū Borkowska et eodem torrente vsque ad Heilmo Gumiencze et alij scopuli a Heilmo Gumienczе vsque ad finem vbi vltimus scopulus circa granicies villa dicta Brzyszka. Quas quidem granicies Stanislaus Przeliczki ministenalis nullo ibidem contradicente. Praesentibus ibidem Gnosis Dnis Andrea Pieniaszek de Cruslowa Subpincerna Cracouien. Petro de Ziebrantow Vicecapitaneo Cracouien. Nicolao de Zarnowiec, Bartholomaeo Wysniowski, Jacobo de Jasowka, Joanne de Zwanowa testibus ad praemissa vocatis. Actū et Dat vt supra.

Super Granities inter Birowka et Warzyce

Nos Petrus Dumiin de Pramkowicze Succamerarius Terrae Sandomirien. Gnalis Significamus tenore praesentium quibus expedit vniuersis. Quomodo per Gnosum Dnum Petrum Sanel de Moderowka Camerarium nostrū specialem granicies factae sunt et scopuli sipati sunt. Et hoc tali forma. Quia constituti personaliter Vnblis Dnus Abbas Matthias cum Conuentu suo de Heimiecz parte ex vna. Et Venbilib nobilisque Jacobus haeredis de Szyclaka beneuole et libere fecerunt granicies in-

ter

inter villas vz͞t Bironka et Warzyce dicti Dn͞i Abbatis et sui Conuent: Et nobilis nobilisq; Nicolai et Jacobi fr͞um indiuisoru villa Szycluka parte ex altera. Et hoc tali forma. Quia earundem granicierum sipacio facta est et scopuli sipati facti sunt incipiendo à præfato aciali scopulo Et intrando non remote in sylvam alij Scopuli sipati non remoti a Campo Szicluicien Qui transeunt vnus post alium vsq ad sumitatem riuuli als Namierzchowinie denique Qui riuulus transit à via libera, als od gosciinca, quæ transit à Lubla ad Warszyce vbi tres sunt scopuli vnus prope alium sipati, qui transeunt penes viam vnus penes alium ex opposito viæ vsq ad sumitatem riuuli dicti Korzanka, et in eodem riuulo Kosianka ex vtraq parte sipati sunt scopuli. Et transeunt super sumitates als namierzchowinie quæ transeunt in eundem riuulum Kosianka vsq ad viam liberam quæ transit de Szycluka ad opidum Jaszieł Et ibi ex vtraq parte viæ duo sunt scopuli sipati. et Deenius transeunt vsq ad lutum quod dicitur valganter kaczkowia. Et ibi sunt ex vtraq parte duo scopuli sipati. Et à præfatis vsq ad granitiem Golicien Gnosi Dn͞i Stanislai Zarnowiecki et Gnosæ Dnæ Veronicæ consortis suæ. Qui scopuli præfati et suprascripti debent stare perpetuali et in aeui vbi ministerialis circa primum et vltimos scopulos primo, secundo, tertio et quarto proclamabat circa quem libet eorum Et nullus contradixit. Præsentibus testibus Magnificis Gnosis Nobilibusq Dn͞is Henrico de Kamienicz Castellano Sandecien Nicolao Zarnowiecki Jacobo Cieczecki Stanislao Szarnowiecki Alberto Gorzowski Nicolao Frystaczki Et alijs quamplurimis Nlibus fide dignis Datu͞ in loco Granicierum feria quinta proxima ante Festum Aplorum Simonis et Judæ Sub Anno Dn͞i Millimo Quadringentisimo Septuagesimo quinto. In cuius rei testimonium sigillu͞ nrum est suappensum.

Lræ Granicierum inter bona hæreditaria villæ Warzyce ex vna. Et bona hæria villæ Rosoki et Glinnik Gnosi Dn͞i Stanislai Glinski ex altera partibus sub Sig. ...... S. ..... Joannes

JOANNES MACIEIOWSKI DE MACIEIOWSKZE Succamerarius Terrae Sandomirien Capitaneus Sczepanien etc. Significamus praesentibus litis nris quibus interest vniuersis et Singulis. Quomodo acta sunt haec in loco campestri graniciali prope villam Rostoka circa antiquum alueum fluuij Jassiel et concurrentiam triangularem aequalitatum bonorum villae Warzyce. Rdi Dni Andreae Brzechwa Diuina prouidentia Abbatis suiq Vblis Conuentus Monrij Pinecen ex vna. Et bonoru villae Rostoka et Glinnik Gnosi Stanislai Glinski ex altera principaliu. Necnon bonoru villae Zimnowodka eiusdem Strini Glinski tanquam collateralis ex tertia partibus feria quarta post Festu Natiuitatis Beatae Mariae Virginis proxima. Anno Dni Millmo Quingentesimo Septuagesimo Sexto. Praesentibus Rdis Vblibus et Gnosis praedicto Andrea Brzechwa Abbate Pincen, Martino Tyczko Praeposito Parnowien, Stanio Kempinski Praeposito Piechowien Bartholomaeo Vicario in eadem Piechow, Cirillo Gerzastowski, Stanio Taszycki de Luszlamicze, Christophoro Pieniazek de Kruzlowa, Stanio Jordan de Zakliczyn, Martino Rozen de Kaszna, Petro Tyczko de Ryglicze, Jozepho Kowalowski Vicecapitaneo Biecen Joanne Radlinski, Stanio Glinski, Joanne Laczynski, Plebano Oswieczym et alijs testibus ad praemissa existen fide dignis. Factae sunt perpetuae et irreuocabiles granicies per Gnosum Joanne Kilianowski Camerarium districtus Pilznen ex compositione certoru arbitroru ex vtraq parte designatoru inter bona haereditaria villae Warzyce Rdi Dni Andreae Brzechwa Diuina prouidentia Abbatis suiq Vblis Conuentus Monrij Pinecen ex vna, et bona similiter haereditaria villae Rostoki et Glinnik Gnosi Stani Glinski ex altera partibus. Tali modo et ordine. Inprimis penes parietem bonoru villae Zimnowoda vel circa concurrentiam triangularem aequalitatu bonorumq infrascriptoru in littore antiqui aluei fluuij Jassiel prope villam Rostoka per praefatum Gnosum Joannem Kilianowski Camerariu Districtus Pilznen iurisditio Offi Camerarialis granicialis est fundata. Quam fundatione praefatae iurisditionis prouidus Stephanus Doktorek de Wyssoka Ministerialis Regni Gnalis voce alta, sonorosa, publicauit clamans semel, bis, ter et vltra forma iur quater vt si quis esset qui huiusmoi fundonem iurisditioni offij

Campestri

Campestr granicias impugnare vel negotium graniciérum infrascriptorum praepedire
de iure vellet, id ipsum de tempore faciat et nemo supradatae iurisdictioni functioni
Camerarialis contradixit nec quisquam se opposuit. Postquam fundonem et pu:
blicationem iurisdictionis ut praemissum est factum sypati sunt scopuli
tres acciales magni circa praedictam parietem bonorum villae Zimnowoda
praedicti Gnosi Slinski Stani cognominato Stanislao Slinski, sic idem
persolr astan eandemque pariete agnoscen et ad sipositionem huiusmodi angula:
rium scopulorum benevole consentien. Unus siquidem scopulus accialis
magnus quasi ad ortum solis erectus est, bona villa praedicta Zimnawo:
da designans. Alter autem scopulus accialis magnus ibidem non procul
à suprascripto scopulo quasi ad septemtrionalem plagam vergens, in dex:
tra a ripa alvei praedicti antiqui fluvii Jassiel situatus est bona vil:
la Warzyce praefati Abbatis suique Conventus Pineven denotans. Tertius
vero scopulus accialis magnus ex opposito eiusdem scopuli Warzycen qua:
si ad meridiem protendens in sinistra a ripa eiusdem alvei antiqui, lo:
catus est bona villa Rostoki et Glinnik praedicti Stanislai Glinski in:
dicans et repraesentans. A quibus accialibus scopulis praedictus anti:
quus alveus quin potius medietas eius cum aliis subsequentibus
alveis et si non recto tramite sed huc et illuc iuxta naturam anti:
qui cursus fluvii Jassiel divertentibus. Nihilominus tamen quasi ab
oriente ad occiden magis spectan dislimitat praefatas Status bona vil:
lae Warzyce eodem rivulo à scopulis praetactis triangularibus deor:
sum descenden et bona villarum Rostoki et Glinnik à sinistra parte
haben unamque ripam eorundem alveorum uni Stati et alteram alteri Sta:
ti tribuen nec aliis recentioribus alveis versus modernum meatum aquae à
praenominatis antiquis alveis declinan. Circa quos antiquos alveos
scopuli in utraque parte ripae eorundem alveorum sunt ex opposito
sui noviter sypati usque ad locum iam exnunc nuncupatum Kopanini ubi
iam relicto antiquo alveo fluvii Jassiel qui ad modernum meatum in
meridionalem partem tendit exeunt granicies praefatae ex littore dex:

tro

·tro eiusdem antiqui alvei, tandemq ab eodem littore dextro procedunt per
praenominati agri Rogaini scopulis de terra noviter rectoq tramite et uno or:
dine sipatis usq ad concurrentiā rivuli nuncupati Czarna à piscina Warzy:
cen sententem cum altero antiquo alveo à moderno cursu aquae fluvii Ja:
siel ad accursū praenominati rivuli Czarna, protenden quo antiquo alve:
o tandem decurrit praedictus rivulus Czarna ad modernū meatū fluvij
Jassiel eodemq rivulo Czarna antiquo rivulo defluen protenduntur grani:
cies vel potius mediatae alvei prout supra scriptū est in aliis antiquis
granicialibus alveis usq ad locū dictū Plonisko in quo loco non pervení:
endo ad modernū meatū fluvii Jassiel praenominatae granicies relicto eo:
dem rivulo Czarna ad ipsū modernū meatū fluvii Jassiel modo prae:
misso decurren deflect ex littore dextro eiusdem rivuli in praedictum
locū Plonisko tandemq eodem loco dicto Plonisko, paululū proce:
dunt granicies recto tramite ad aliū antiquū alveū scopulis de ter-
ra noviter erectis. In quem antiquū alveū tandem intrant sae:
pedictae granicies, eodemq alveo tali modo et ordine tenduntz
dictae granicies prout supra de aliis alveis antiquibus grani:
ciebus est descriptum, usq ad agrū nuncupatū Tarniowka, In quo
loco praefatae granicies iterū exeunt ex littore dextro eiusdem ri:
vuli antiqui ad modernū meatū fluvii Jassiel tenden, tandemq
procedunt quasi semicircularis scopulis de terra noviter uno
ordine erectis usq ad modernū cursū meatumq fluvii Jassiel.
Quo quidem fluvio Jassiel protendunt demum granicies, unā
ripam eiusdem fluvii prout supra praemissū est de antiquis
alveis uni Statū, et alterā ripā alteri Statū dando et tribuen
usq ad locū antiquitus dictū Gosciowki In quo exeunt tandem
praefatae granicies ex praedicto fluvio Jassiel in dextrā ripam et
tendunt semicircular per eundem locū Gosciciowki non procul à
sylva dicta tank Warzycki, scopulis noviter de terra unoq ordi:
ne sipatis

ne sipatis usq ad moderni meatu eiusdem fluuii Jassiel. Per quem moderni meatu aquae saepedicti fluuii Jassiel et transeundo intrant granities in antiquu alueu eiusdem fluuii ferme à regione protactorum scopulorũ per locu Gasiowka tendentiu in sinistro littore moderni meatus incipien, tenduntur q̃ factae granicies medietate eiusdem alui antiqui circulariter ad instar circuli scopulis ex utraq parte eiusdem antiqui aluei sepat modo et ratione p̃missa usq ad modernu meatu fluuii Jassiel in quem ac modernu meatu fluuii Jassiel intrando paululu q deorsu iuxta cursu aquae eiusdem fluuii descenden. Jtenim deuertuntur ex eodé moderno meatu praenominatae granicies ad dextrá partem in antiquu alueu eiusdem fluuii medietate q tenduntur antiqui aluei quasi semicircul͛r ad eundem modernu meatu fluuii Jassiel modo et ratione p̃missa. Jn quem modernu meatum deinde incidunt memoratae granicies eodem q meatu fluuii Jassiel deorsu descenden iuxta cursu aquae transeunt usq ad aequalitatem bonorum Scrae Regiae Mtatis villae Ankowka, ubi triangulariter concurrit aequalitas bonoru villae praefatae Marzyce ex una, et bonoru villae Glinnik ex altera, bonoru q Scrae Regiae Mtis villae Ankowka ex tertia partibus. Jn quibus aequalitatibus eam ob rem scopuli angulares non sunt erecti quia nemo ex parte et nomine Scrae Regiae Mtis vel tenutarij bonoru praedictoru cu attentatione parietis suae separationis q scopuloru supra recensitoru manifestabat. Nihilominus Gnosus Joannes Kilianowski Camerarius Districtus Pilznen rigore Regio Autoteq offi p̃di (?) Stas granicies ordine praemisso factas et finalr determinatas approbauit et confirmauit easdem q robur debitae et inuiolabilis firmitatis habere decreuit decreto offi sui median. Quod per publicationem p̃di Stephani Doctorek de Nyska Ministerialis Regni Gnalis est publicatu et ad omnium notitiam deductu eidem ductioni et decreto granitierum p̃fatarum nemine contradicente et se opponente

nente. In cuius rei fidē et testimonium euidentius presen sigillo nro Succamerarii Campestri sunt obsignatæ. Actū et Dat Anno et die prout supra.

Joannes Macieiowski de Macieiowice Succamerarius Terræ Sandomirien Gnālis Capitaneus Scepusien q. idem qui supra

Super Castrum Golesz et super hæreditatem ipsius sub sig. K

In nomine Domini Amen

Vniuersis et singulis tam præsentibus quam futuris præntes lrās inspecturis pateat manifeste, quod cum Nobilis vir Jacobus miles et Succamerarius nr Sandomirien filius quondam Alberti militis Palatini nri ibidem dicti de Smigrod fuisse ad instantiā Nblis et Religiosi viri Dni Michaelis miseratione Diuina Abbatis et sui Conuentus de Tyncia excōis sententia imōdicus propter quoddam Castrum, quod Golesz vulgr nuncupatur, et propter quasdam villas, possessiones, et bona, dicto Castro adiacentia, quæ villæ et bona ad Dnūm Abbatem et suum Conuentū imo et dictū Monrium in Tyncia de iure ab antiquo pertinent, quas villas possessiones et bona idem Jacobus Defcō occupauit non de iure. Et cum inter eosdem Dnūm Abbatem suumq Conuentum ex parte vna, et Jacobum reum ex altera, super prædictis villis, possionibus et alijs bonis ad dictū Dnūm Abbatem et suū Conuentū pertinentibus, discordiæ litis, et dissensionis materia aliquantulū inguisset. Tandem Dnūs Abbas cum suo Conuentu et Jacobus sepedicti volentes discordiis, litibus et dissensionibus omnibus supradictis finem imponere ad paciso deuenire, ac perpetuæ concordiæ vnitionem. In nra Wladislai Dei grā Poloniæ Regis præntia personaliter constituti mediantibus viris Nlibus Manoyo Castellano et Petro Vexillifero Cracouien Domislao Palatino Sandomirien nris fidelibg

ordinationibg

ordinationibus huius facti taliter concordart. Quod idem Jacobus praedictum castrum Golesz et villas infrascriptas vizt Craionia, Warzya, Lanciorz, Cezlino, et haereditates in Beycen. tritorio situatus vizt Stroze, Swepetnica, Zagorzany, Vdadzona dictas ac omnes alias et singulas possessiones et bona per eum occupata fassus est et publice recognouit ad dictu Dnum Abbatem et suu Conuent de Pyncia, imo ad ipsum Monrium ab antiguo iure haereditario pertinere. Promittens idem Jacobus fide data et sine scrupulo omnis doli ac sine lesione tam bnum quam bonoru praedictoru et alioru bonoru Eccle et Monrij Pineceñ difficultatez et occone qualibet procul motis eidem Dno Abbati et Dno Conuentui, seu domui, praedictas oes villas possones et bona exnunc restituere ex integro, nec ipsu Dnum Abbatem et suum Conuentu aut domu de Pyncia. decetero in perpetuu in dictis villis et possonibus, ac in omnibus alijs bonis Eccle Monrij Pineceñ aliqualiter impedire aduiuare et in omnibus in quibuscunq potit defensare. Praeterea Castri Golesz quod intra tres annos debet destruere expmisso, et duas villas scz Craiowa et Warzia ~~stati post destructem~~ castri eiusdem exceptis Decimis quas Dno Abbati praedicto et suo Monrio exnunc cedet debet tenere de eiusdem Dni Abbatis et sui Conuentus gra spali. Ita quod elapsis tribus annis, qui ab hodierna die debent computari, duae villae praedictae Craiowici et Warzyci non deterioratae, sed melioratae, occone qualibet non obstante, per Jacobum memoratu aut sua succore debent Dno Abbati et suo Conuentui aut Monrio in Pyncia restitui supradictis. Caeterum si infra tres annos praelibatos ipsu Jacobu dictu Castri Golesz destruere, vel etiam de hoc seculo decedere contingent, tunc dictae duae villae Craiowici et Warzya statim post destructoem Castri eiusdem, vel etiam post mortem ipsius Jacobi, ad hfatu Dnum Abbatem et suu Monrium Conuentum sine difficultate qualibet redire debent libere et quiete. Ita quod nullus decetero qm Dnus Abbas cum suo Conuentu et Monrio ipsas duas villas ~~ipsas duas villas~~ nec non alias villas et possones superius scriptas, et bona tenendi, et de eis disponendi ut sibi videbitur habeant ptatem. Quibus sic pactis Ntes viri mi fideles

Nauoius Castellanus et Petrus Vexillifer Cracouien pro ipso Jacobo in omnibus et singulis articulis suprascriptis, per ipsum Jacobum fideliter et inuiolabiliter adimplendis fideiusserunt et se voluntarie sub pœna Centum marcarum grossorum Bohemicalium obligauerunt in hunc modum videlicet quod quandocunque ipse Jacobus suum promissum in praedictis omnibus vel aliquo praedictorum violaret, tunc ipsi fideiussores sui scilicet Nauoius Castellanus Quinquaginta marcas grossorum et Petro Vexillifer alias Quinquaginta marcas gross. Bohemicalium infra quatuor septimanas ab illo die computando, quo praedictum promissum suum praefatus Jacobus in aliquo violaret ex promissione et exordinatione, qualibet occasione remota soluere tenebuntur et debent Domino Abbati de Tynecia et suo Monasterio supradictis. Jacobusque supradictus sicut prius, cedet in excommunicationis sententiam ipso facto. Quae pœna soluta vel non soluta, ordinatio et concordia praedicta, semper in sua sicut prius permaneat firmitate. In cuius rei testimonium et euidentiam clariorem sigillum nostrum et nostrorum fidelium videlicet Nauoij Castellani et Petri Vexilliferi praedictorum ac Thomislai Sandomirien, qui fuerunt mediatores et ordinatores huius concordiae necnon Sorteconis Cracouien Palatinorum, ac praefati Jacobi, sigilla, praesentibus sunt appensa. Actum et Datum Cracouiae in Vigilia B. Margarethae Virginis. Anno Domini Millesimo Trecentesimo Vigesimo. Praesentibus fidelibus nostris Philippo Cancellario, Predzelkone Castellano, et Petro Judice Poznanien et Sbenceslao dicto Wezni aliisque pluribus testibus fide dignis.

Adiudicatio Castri Golesz Warzyce et aliarum haereditatum sub signo BB.

Sub anno Domini Millesimo Trecentesimo Decimo nono In octaua Purificationis Beatae Virginis Mariae. Nos Wladislaus Dei gratia dux Partium Cracouiae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cuiauiaeque, necnon haeres totius Regni Poloniae infrascripta omnia et singula acta et processus facta etiam nobis et nostris militibus fuisse publice protestamur. Quod cum ex partibus retroactis super Castro Goles et haereditatibus sibi adiacentibus videlicet videlicet Crasonici, Warzyce, Lanconiczy, Cezlino, atque haereditatibus

sibi

in territorio Beycen. situatis vczt Stroze, Swepetnica, Zagorzany, Vczadona, vulganter vocitatis inter viros Nobiles et discretos Dnum Michaele Dzuena misericordie Abbatem Pinecen. ex vna parte agent et Comitem Jacobum Succamerariu parte ex altera respondentem mãria quaestionis, Citones et prorogones termini tenerent. Tandem parti vtriq. sczt Dno Abbati et Comiti Jacobo memoratis denotatis die et anno terminus peremptorius in hunc modum extitit assignatus. Quod quicunq. ipsoru iam dicto termino non astaret ille tanquã contumax in causa deberet condemnari, et succumbere irreuocabilr in eadem, die igitur et anno aduenientibus praenotatis praedictus Dnus Abbas termino sibi praefixo astitit propria in persona vt debebat, Comite Jacobo non comparente nec per se nec per sufficientem nuntiu aut responsalem, iustitia igitur exigente et causaru qualitate considerata et in ipsa iuris aequitate Dnum Abbatem per oia iustificauimus in Castro et in haereditatibus supradictis. Comite Jacobu condemnantes in eisdem, ne contumaciam ipsius manens incorrecta ab aliis trahatur in exemplu. Ad cuius rei euidentiam pleniorem, pntibus nrum sigillu duximus appendendu. Actum apud Trebina Anno et die praenotatis pntibus his testibus Comite Xauogio Sandomirien. Dobrogosto Poznanien. Clemente Siradien. Palatinis Sandone Dapifero Crac. et Leonardo Agazone Siradien. Datum per manus Zegenci Canonici et Vicecancellarij Cracouien.

Priuilegium super spatia alias Katy sub Castro Golesz quae spatia quidam Kmeto emit pntibus Scultetis de Dambrowa Burgrabio de Castro Golesz sub Signo ꟗ

In nomine Domini Amen. Anno Dni Millmo Quadringentesimo Septuagesimo Tertio. Veniens Matthias Gwiszdz kmeto de Dambrowa comparauit seu emit spatia agri alias Katy sub Castro dicto Golesz apud Honoblem Dnum Petru Zarnowieczki Capitaneu

Praepositum Golesien pro dimidia quinta marc. numeri pecunia numeri Polonicalis computan. in quamlibet marcā quadraginta octo grossos. Quae patia fuit verum patrimoniū ipsius, Et hoc emit totaliter et plenarie soluit super quā solutionem si quis nrorum successorū vellet se intromittere, volens suē super quē vsū praedicta patia sunt vendita. Extunc Capitaneus et Praepositus praescriptus recognoscit publice quia sunt vendita per comparationem Olodij vri Czrzastowka, quod dedium emimus et soluimus eadem pecunia per inclinationem Castri et haereditatis nrae nobis et nris Succonibus. Quapropter idem Matthias sine omni impedito praedicta patia potens est tenere, possidere, vendere et in suos meliores vsus, vel sua legittima proles, de quibus patijs praenominatus Matthias annuatim et singulis annis pro festo S. Martini tenetur soluere sext pro censu, pro decima. aut sex grossos, et hoc dū in eisd semina fuerint, als siania, de alijs aut exactionibus et solutionibus et laboribus facimus eū liberū et absolutū de praedictis patijs. Quae patia iacent ibidem sub Castro Goles in rippa fluuii dicti Wisloka. Et haec Acta sunt ibidem sub Castro Goles circa eadem patia, feria quinta ante Festum Purificationis Mariae Virginis Gloriosae, Praesentibus his testibus Xli Pauli Pacos Sculteto de Bryty et Burgrabio de Goles, Martino Procuratore de Brzyska Martino Sculteto de Zambrowa, Joanne Wolny de Zraiowice In cuius rei testimoniū et meliorem fiduciā habendam Sigillū nrum praesentibus est subappensum etc.

Lrae Judicii Castri Goles abrenuntiationis Dorotheae Szalowska sub signo CC

Nos Joannes Strzemien Judex cum septem Scabinis, vizt Stanislao Bydlowski, Nicolao Mylowan de Zapczyca, Joanne de Kolaczyce, Vgielski de Viazd, Stanislao de Kniatonowice, Martino de Kamienica Juris Supremi Castri Goles Recognoscimus tenore praesentium quibus expedit vniuersis. Quod de Anno Dni Millmo Quadringentesimo Nonagesimo feria secunda ipso die Conuersionis S. Pauli Jus banitum in Kolaczyce per nos extitit ~~banitum~~ celebratū. Et Nlis Thomas Szulowski stans coram eodem nro iudicio

iudicio bannito tanquam verus et legittimus procurator et Tutor Ad[modum] H[onesta]e Dorothea Szalowska vxoris A[dmodum] H[onesti] Stanislai Szalowski Sculteti de Zagorzany et Modrzany sicut plenipotentis abscedit, ats odstepuie et mortificat reformationem praedicta D[omi]na Szalowska, quam habebat in praedictis Scultetijs facta in iure n[ost]ro a Marito suo dicto Stanislao Szalowski, et admittit marito suo charissimo vendere et alienare praedict[as] Scultetias cui eidem placuerit. Super quo Procurator D[omi]ni R[everendissi]mi Joannis Szulowski Abbatis Tinecen[sis] et Conuentus testimoniale posuit iuratus. Acta sunt haec Anno et Die quibus supra. Et sigill[um] iuris n[ost]ri est subappensu[m] in fidem et testimoniu[m].

Copia Priuilegii de Moderowka; ibidem limites super Scultetiam

Nouerunt vniuersi pr[ese]ntem l[ite]ram inspecturi. Quod nos Joannes Diuina miseratione Abbas Mon[aste]rij Tinecen[sis] Ordinis S. Benedicti de consensu Fr[atr]um omnium n[ost]ri Conuentus considerata fideli approbatione Sasconis dicti Chrast quod ipsius Priuilegium per igne[m] est combustu[m] super Sculteti[am] n[ost]ra[m] villae dictae Moderowka pr[ese]ns Priuilegiu[m] renouari fecimus et renouamus sibi super eandem Sculteti[am] denuo Priuilegiu[m] dantes concedimus eidem n[ost]ro Sulteto et damus perpetuo possidendam ipsiusq[ue] posteris legitimis iure Maydeburgen[si] haereditatem locandam quae eam haereditas habebit mansos quantos habere poterit in suis limitibus iure Theutonico mensuratos in praedicta Statt, quas limites proprijs vocabulis duximus designandi. Primo a limiink vsq[ue] ad campu[m] dictum Srzedopolna, a srzedopolna vsq[ue] ad fluviu[m] dictum Wobna, a wobna vsq[ue] pratu[m] dictum Zlocunna, a zlocunna vsq[ue] ad tremyn[a] dictum osiny, ab osiny vsq[ue] ad quercu[m] d[i]c[t]am trzesniowy dab, et a quercu vsq[ue] ad magnum potok, a magno potok vsq[ue] ad fluuium d[i]c[tu]m Plesnica. Damusq[ue] d[i]c[t]o Sculteto quantosq[ue] mansos facere potest praedictis limitibus, ei tamen duos mansos liberos

et suis

et suis posteris ab omnibus exactionibus et solutionibus, decimam suam Sculteto
de suis mansibus duobus dabit cui sibi placebit. Damusq eidem Sculteto predi-
cto molendinum, piscinam, quantasq piscinas facere potest libere faciat absq al-
lo damno Kmetonum et nostro in Keliter hereditate, et tabernam, macellum vnum
carnium, Mensam panis sutorum fabrile cum omnibus vtilitatibus et prouentibus
Kmetones vero qui ibi locati fuerint super agris cultis dictis starzyna o-
cto annos super syluas viginti annos plenam et omnimodam habeant facultatem, ex-
pirata libertate de quolibet Manso mediam marcam pro censu singulis annis in Festo S. Martini *
* nobis seu nostro Monasterio Tinecensi soluere tenebuntur. Scultetus vero sextum
denarium censualem reseruabit pro nobis quoque à qualibet vero pena tertium
denarium Scultetus sibi recipiet. Nos plus quilibet Kmetho nisi fertonem pro
decima nobis pacabit. Prandia vero tria in anno pro quolibet prandio qua-
tuor Scottos Kmetones duo prandia Scultetus vnum expirata tamen liber-
tate. Judicium vero Magnum ter in anno per nos vel per nostrum fide-
lem nuncium iudicabitur. Pro honore vero nostro in Pascha quilibet Kme-
to decem oua, vnum caseum, omnes vero Kmethones vnam pernam carnium pro octo
gross. Damus eidem Sculteto quod nullus debet respondere nisi coram nobis in
Curia nostra in Kotarzyce coram septem scultetis iure Theutonico et citare
tenebitur non cum alio nisi cum annulo nostro. Predictus vero Scultetus seruire
nobis in equo cum balista dum expeditio fuerit generalis vel dum nobis necessi-
tas fuerit debet seruire et venire ad nos ad castrum nostrum Golcz. Kme-
tones vero nullus aliis debent respondere, et coram nullo nisi in nostra
hereditate coram nobis vel ipsorum Scultetis. Addimus predicto ~~nostro~~
Sculteto predictam Sculteciam omnimodam habere facultatem venden-
di, commutandi, alienandi, et ad vsus ipsius conuertendi nostra tamen
voluntate prius prehabita et de voluntate nostri Conuentus. In cuius
rei testimonium presentium ~~nostra~~ sigilla sunt appensa. Dat. in Mona-
sterio nostro in Tyniec in crastino Natiuitatis JESV Christi. Sub
Anno Domini Millesimo Trecentesimo octuagesimo Tertio. Presen-
tibus Michaele de Falkow. Petro dicto Cattowica de Olesnica, Ma-
gnusio Plebano de Tyniec Petro de Grzymalka, Paulo Priore, Joanne an-
tiquo Abbate. Wrzyslao Preposito. ~~Ad istud~~ ... totoq Conuentu

 Joanne Castellano Wonicień, Gregorio de Moramica et alijs quam plurib[us] fide dignis

GRANITIES INTER BRZISKA ET BLASKOWA ET DEMBOWA SUB SIGNO

Joannes Comes de Tenczyn Succamerarius Terræ Cracovien. Significamus tenore præsentium quibus expedit universis, præsentibus et futuris harum notitiam habituris. Quomodo dum in campo et loco graniciali Camposcri in loco ripa fluvij, dicti Wisloka in loco ubi alveus dictus Boszczyna incurrit in fluvium Wisloka inter bona et hæreditates videlicet Brzyska Venerabilis Andreæ Divina patientia Abbatis et Conventus sui Tinecen. parte ab una et parete ab uno. Et inter villam et hæreditatem Blaskowa Generosi Andreæ Czurillo Castellani Præmisliensis parte ab altera et parete ab altero. Et hoc ex opposito villæ Bukowa Nobilium Petri et Stanislai Goraiskich ubi et in quo loco ipse Venerabilis Abbas cum suo Conventu tanquam Actor locavit officium Succamerariale nostrum Generosum Joannem Chelmski Burgrabium Castri Cracovien. ad id a nobis plenam facultatem habente. in præsentia Generosorum et Nobilium Nicolai Ploczyki de Luzianice Judicis Cracovien. Baltasaris Dambrowski de Tarnowiec Dobeslai Cieklynski de Cieklin Petri et Stanislai Goraiskich de Cletcze aliorumque quam plurimorum fide dignorum. Quam quidem Camerarius granitialis fundatæ iurisditione sua iudiciaria granitiali mandavit Ministeriali Provido Nicolao Datay de sub Castro Brzezen. ut publicaret et proclamaret quia officium domini Succamerarij Cracovien. residet per præfatum Dominum Abbatem et eius Conventum Tinecen. tanquam per Actorem locatum in loco supra expresso. Et si quis agere libet agat iuridice. Et in continenti procurator præfati Abbatis et sui Conventus exhibuit coram officio nostro Succamerariali

minutam

minutam sigillatam ex Actis Biecen emanatam remissionis ad Campum iuxta quem ~~Judicium~~ Judicium Terrestre Biezen eundem Abbatem et suu Conuentu tanqua Actorem ex vna et praefatu Andream Curillo ex altera partibus cittatum hic ad Campum ad offium nrum Succamerariale Cracovien pro faciendis et sipgandis graniciebus, inter bona praefatas remisit prout ipsa remissio in se latius oblequitur. Reproduxit etiam Cittonem nram qua P. dictu Andream Curillo Castellanu Pramislien vigore P. dictae remissionis ad Campum cittauit petens vt offium iret post ipsu Abbatem et suu Conuentu tanqua Actores et videret signa granicialia ex antiquo inter praedictas bona provenis limitibus tenta. Et vt renuss signis, granicies et limites faceret, scopalosq de terra erigeret, et ipse Abbas cum suo Conuentu paratus est circa vltimum scopali id facere quod de iure faciendu est. Et P.fatus Andreas Curillo tanqua cittatus nec per se nec per alium suu Procuratorem paruit, neq attentare hunc limitonem granicialem curauit Licet fuerit ibidem per Ministerialem P.dictum Nicolau Ratay primo, secundo, tertio, et vltra ius quarto ex superabundanti clamatus. Abbas itaq cu suo Conuentu Actor ipsu Andream Curillo Castellanu Pramyslien tanquam cittatu in toto suo lucro iudicialr condemnauit. Postquam quidem condemnationem in lucro post factam. Idem Abbas P.fatus cu suo Conuentu requisiuit offitiu nrum Succamerariale, vt post ipsu ad limitandu procederet offi sui debito satisfacien. Memoratus vero Camerarius ex pinis nras aperiendo visa contumatia partis cittatae non comparentis, et eius in lucro factae condemnone remissioni P.dictae inhaerendo, decreuit Abbatem hunc et Conuentum suu ad limitonem processuros, prout et processerunt in effectu nullo contradicente, erigendo ibidem scopulos de terra, et alia signa granicialia ibidem facien, iuxta consuetudinem terrestre: in hunc qui sequitur modum. Inprimis sipati sunt et erecti tres scopuli Aciales in ripa fluuii Wistoka iuxta alueu dictu Poszyzyna ibidem vtrinque adiacent et ibi sunt sipati duo scopuli in bone Brzyska, nuncupata Abbatis et Conuent sui Jure et ex alia parte aluei dicti Poszczyna vnus scopulus acialis erectus est in bone Staskowa in ripa dicti aluei Poszczyna ad villa P.fatam vocat Brzyska Dni Abbatis et sui Conuentus et Staskowa Andreae Curillo Castellani Praemislien perpetua dislimitatone, distinctionemq diuisim ab inuicem factam mediectatem nihilominus dicti aluei, et fluminis P.fato Abbati et suo Conuentus

215 tui adiudican, cum totali una rippa bonis illis Monrij adiacen. Quando aut progres-
siue ad hanc limitationem, sipando et erigend scopulos, ex utraq parte alvei prae-
fati per indirectum usq ad campum, et agros, qui nuncupantur Kominy. Dandem
de illo alveo Poszczyna dicto declinando ad dextram partem, versus montes exe-
undo de dicto alveo, sipati et erecti sunt scopuli per campu et agros dictos
Komyny, usq ad riuulum de montanis fluuiis, et venien ad eund riuulum sipa-
ti scopuli ex utraq, per istius riuuli usq ad viam magnam tendentem de mō-
tanib ad Pilzno, Rzeszow, et Tarnow eorundem ab eadē via illi riuulo eundo ad
montes per fossata dicta granicie et ex utraq parte istius fossata sipati sunt
et erecti sunt scopuli usq ad Campum et agros versus aliam fossatam dicta
Dambowskie Doly progressiue aut eundo ad montes ab eadem fossata granicies
dicta sipati et erecti sunt scopuli per Campu et agros usq ad viam de
Brzyska tendente ad syluam versus fossatas Dambowskie Doly nuncupatas
In quo loco terminata est paries et limites consumati sunt. Hereditatis
seu villa Blaskowa Gsfati Andreae Curyło Amisitq partes villa et here-
ditatis eiusdem Gsfati Andreae Curyło Dambowa vocata adiacens parieti
et hereditati contiguaq villa Brzeska Gsfati Abbatib et sui Conuentus pro
qua etiam dislimitationes praefatarū granicierū inter praefatas hereditates
vizt Brzeska Abbatib et sui Conuentus et Dambowa Andreae Curyło Gsfatus
Abbas cū suo Conuentu citauit ipsū Andream Curyło iuxta remissionem pro-
ut de hoc remissio et citatio latius obloquitur. In quo quidem loco sipati
sunt tres scopuli triales diuidentes praefatas htates vizt Brzeska Abba-
tis et sui Conuentus Pinczen, Blaskowa, et Dabowa praefati Andreae Cury-
lo Castellani Premyslien, progressiue aut eundo ab eodem loco versus mont
Liwocz dictum et penes silicem iuxta fossatam Dambowskie, ubi sipati et ere-
cti sunt scopuli usq ad sumitatem montis Liwocz nuncupati, et parietem
htatib Cyrmna Gnosorū Andreae et Joannis Ciermienskich, penes viam ma-
gnam quae tendit a Lipnica et Jablonica ad Dambowa tendit. In quo loco
sipati et erecti sunt tres scopuli triales, diuidentes praefatas htates Brzy-
ska, et sui Conuentus Dambowa Andreae Curyło Castellani Premislien. Et Cirmna
Andreae et Joannis Cirminskich, penes quos scopulos triales, siue in ultimo sco-
pulo triali Ministerialis Trib Prouidus Mikolaus Ratay de Suburbio Biecen
primo, secundo tertio, et ultra ius quarto clamauit, siquis praefatib granicieb

relli-

vellet contradicere granicies terminat et nemo ibide contradixit. Et ibidem in scopulo Aiali prefatus Andreas Abbas cu suo Conuentu iuxta decreto. nrum Succameraniale. ac iuxta statuti noui dispositionem directe Judicianio satisfecit. Quas quidem limites seu granicies prefatus Camerarius decreuit habere robur perpetue firmitatis. In cuius rei testimonium, Sigillum nrum pntibus est subappensum. Actum et Dat. in loco Campestri supra expresso feria secunda proxima post Festum Natiuitatis Beatissimae Virginis MARIAE Anno Dni Millmo Quingentesimo Tricesimo secundo. Praesentibus ibidem testibus supra expressis fide dignis circa praemissa.

GRANICIES INTER BRESKA ET BLASKOWA ET DEMBOWA USQUE AD VIAM IN MONTE CLIWOCZ. LIPNICA SUB SIGNO [signum] A.D. 1533

NICOLAUS TASZYCKI DE LUCZLAWICE Judex et Joannes Slabosch de Putbniowice Subiudex Terrae Cracouien. Significamus tenore pntium quibus expedit vniuersis et singulis, pntibus et futuris pntium notitia habituris. Quomodo ad pntiam Camerariorum nrorum protunc in repositione Actorum Trrium Biecen. residen. oblatae sunt lrae graniciales sub titulo et Sigillo Gnosi Dni Joannis Comitis de Tanczyn Succamerarij Terrae Cracouien. gnalis emanatae ex parte Vnbliu Andreae Diuina prouidentia Abbatis et sui Conuentus Tinecen. ocone bonoru et Statum Brzeska ex vna. Et Gnosi Andreae Curyło Castellani Premislien. ocone villarum Blaskowa et Dembowa partibus ex altera quibus lris prefati Camerarij visis et perlectis, licitis et consonis et vlla suspicionis nota carentibus. Easdem ad acta prefata Trria Biecen. acticare et inscribi mandauimus. Quoru tenore de verbo ad verbu sequitur. et est

talis

talis. Joannes Comes de Panczyn Succamerarius Terrae Cracovien. Signifi-
camus tenore praesentium quibus expedit universis, praesentibus et futuris harum
notitiam habituris. Quod dum in loco et campo graniciali campestri in
rippa fluuii dicti Wisloka in loco ubi alueus dictus Roszyna incurrit
in fluuium Wisloka, inter bona et haeredes, vezt Brzeska Venblis Andreae
Diuina patientia Abbatis et sui Conuentus Pinecen parte ab una, Et
inter villam et haeredem Blazkowa Gnosi Andreae Czurylo Castellani
Premyslien parte ab altera et pariete ab altero. Et hoc ex opposito villae Bu-
kowa Nobilium Petri et Stanislai Goraiskich, ubi et in quo loco ipse Ve-
nblis Abbas cum suo Conuentu, tanquam Actor locauit officium Succame-
rariale nostrum Gnosum Joannem Stelmski Burgrabium Castri Cracovien ad
id a nobis plenam facultatem habentem in praesentia Gnosorum et Nobilium
Nicolai Borzycki de Luczanice Judicis Cracovien, Baltasaris Dambro-
wski de Tarnowiec, Lobeslai Cieklinski de Cieklin Petri et Stanislai Go-
raiskich de Zletorze aliorumque quam plurimorum fide dignorum. Qui quidem
Camerarius granicales fundata iurisditione sua iudiciaria graniciali
mandauit Ministeriali prouido Nicolao Ratay de sub Castro Becen
vt publicaret et proclamaret, quia officium Dni Succamerarij Cracovien
residet per prefatum Dnum Abbatem et eius Conuentum Pinezen, tam
quam per Actorem locatum in loco supra expresso. Et si quis agere debet
agat iuridice. Et in continenti Procurator praefati Abbatis et sui
Conuentus exhibuit coram officio nostro Succamerariali minutam sigillatam
ex Actis Becen emanatam remissionis ad campum iuxta quam Ju-
dicium Terrae Becen eundem Abbatem et suum Conuentum tanquam Actorem
ex una. Et praefatum Andream Czurylo ex altera partibus citatum sic
ad campum ad officium nostrum Succamerariale Cracovien pro faciendis et
separandis graniciebus iuxta haeredes praefatas Remisit prout ipsa
remissio in se latius obloquitur. Reproduxit etiam Citationem nostram
qua praedictum Andream Czurylo Castellanum Premislien vigore praedictae

remissionis

remissionis ad campū citauit Petrus, vt offum iret post ipsum Abbatem et suum Conuentum tanquam Actores. Et videret signa granicialia ex antiquo inter praedictas Sortes pro veris limitibus tenta. Et vt renissis signis, granicies et limites faceret, scopulosq de terra erigeret. Et ipse Abbas cū suo Conuentu paratus est iuxta altimum scopulum id facere, quod de iure faciendū est. Et praefatus Andreas Czurylo tanquā citatus nōc per se nec per suū Procuratorem paruit, neq attentare hanc limitationem granicialem curauit, licet fuerit ibidem per ministerialem Edictum Nicolaum Ratay primo, secundo, tertio, et vltra ius quarto ex superabundanti clamatus. Abbas itaq cū suo Conuentu Actor ipsum Andream Czurylo Castellanū Premislien tanquā citatū in toto suo lucro iudiciali condemnauit, post quā quidem condemnationem in lucro ipso factam Idem Abbas cū suo Conuentu requisiuit offum nrum Sacramentale vt post ipsū ad limitandū procedēt offi sui debito satisfacien. Alemerztus vero Camerarius ex vide nrōs ex ardino visa Contumacia partis citatae nō comparentis et eius in lucro facta condemnatione, Remissioni Edictae inhaerendo, decreuit Abbatem hunc et Conuentū suū ad limitationem processuros, prout processerunt in effectu nullo contradicente. Erigendo ibidem scopulos de terra et alia signa granicialia ibidem faciendo iuxta consuetudinē Terrem in hunc qui sequitur modum. Inprimis sipati sunt et erecti duo Scopuli Atiales in ripa fluminis Wistoka iuxta alueū dictū Poszyna ibidem antiquo adiacen. Et ibi sunt sipati duo scopuli in Sorte Brzeska nuncupata Abbatis et Conuentus sui Pinecen. Et ex alia parte aluei dicti Poszyna vnus scopulus Atialis erectus est in Sorte Plaszkowa in ripa dicti aluei Poszyna, ac villarū praefatarū vzt. Brzeska Dni Abbatis et sui Conuent Et Plaszkowa Andreae Czurylo Castellani Premyslien perpetuā dislimitationem et distinctionem diuisim ab inuicem factam medietate. Nihilominus dicti aluei et fluminis praefato Abbati et suo Conuentui adiudicando, cū totali vna ripa bonis illis Monrij adiacen. Eundo aut progressiue ad hanc limitationem sippando et erigendo scopulos ex vtraq parte aluei praefati per indirectum vsq ad campum et agros, qui nun-

cupantur

cupantur Xoniny. Tandem de illo alueo Poseryna dicto declinando ad dex:
tram partem versus montes exeundo de dicto alueo sippati et erecti sunt scopu:
li per campos et agros dictos Xoniny. vsq ad riuulu de montanis defluente.
Et venien ad eundem riuulum sippati sunt scopuli ex vtraq parte istius ri:
uuli vsq ad magnam viam tendentem de montanis ad Pilzno Tuchow, et
Tarnow. Tandem ab eadem via illo riuulo eundo ad montes per fossata
dicta granicie. Et ex vtraq parte istius fossata sippati et erecti sunt sco:
puli vsq ad campum et agros versus ad aliam fossata dicta Dambowskie
Doly, progressiue aut eundo ad montes ab eadem fossata granicies di:
cta sippati et erecti sunt scopuli per campu et agros vsq ad viam de
Brzyska tendentem ad silua versus fossatu Dambowskie Doly nuncupat
In quo loco terminata est parietes et limites consumat sunt
hereditatis seu villa Blaskowa Gfati Andrea Curyto Accessit qz
penes villa et Status eiusdem Gfati Andrea Curyto Dambowa vocata
adiacens parieti et Stati contiguaq villa Brzyska Gfati Andrea Ab:
batis et sui Conuentus, pro qua ex dislimitone Gfatarum granicieru inter
Gfatas States vzt Brzyska Abbatis et sui Conuentus, et Dambowa
Andrea Curyto Gfatus Abbas cu suo Conuentu citat ipsu Andream
Curyto iuxta remissionem prout de hoc remissio et citatio latius eblo:
quitur. In quo quidem loco sipati sunt tres scopuli Aciales diuiden
prafatas States, vzt Brzyska Abbatis et sui Conuentus Tunc en Sta:
szkowa et Dambowa Gfati Andrea Curyto Castellani Premislien. Pro:
gressiue aut eundo ab eodem loco versus montem Liwocz dictum. et
penes siluam iuxta fossatu Dambowskie Doly sippati et erecti sunt
scopuli vsq ad sumitatem montis Liwocz nuncupate. Et parietem Sta:
tis Czyrmna Gnosoni Andrea et Joannis Czermienskich penes
viam magnam qua tendit a Lipnica et Jablonica ad Dambowa
tendit, In quo loco sipati et erecti sunt tres scopuli Aciales diuident
prafatas States Brzyska Abbatis sui et Conuentus Dabowa An:
drea Curyto Castellani Premislien, Et Czyrmna Andrea et Joan:

nis

nis Szyrmienskich penes quos scopulos Actuales sive in ultimo scopulo Actuali Ministerialis Pri's Providus Nicolaus Ratay de Suburbio Biecn̄, primo, secundo tertio et ultra ius quarto clamavit, si quis praefatis granicieibus vellet contradicere granicies terminatur et nemo contradixit ibidem. Et ibidem in ultimo scopulo Actuali praefatus Andreas Abbas cū suo Conventu iuxta decretū nr̄um Succamerariale, ac iuxta statuti novi dispositionem decreto Judiciario satisfecit. Quas quidem limites seu granicies praefatas Camerariorū decrevit habere robur perpetuae firmitatis. In cuius rei testimonium evidentius Sigilla nr̄a praesentibus sunt subappensa. Actum et Datū in Biecz feria quinta die S. Dorotheae Virginis Anno Dn̄i Millmo, Quingentesimo, Trigesimo, Tertio. Praesentibus Gnosis et Nobb. Baltazo Dambrowski de Czarnowiec, Joanne Wielomieiski de Wielgomies Joanne Wielopolski de Gomnik, Adam Sutowski, de Skolissy, Paulo Bluski de Hugkie, et Luca Jangalski de Danzel Et alijs quam plurimis testibus fide dignis protunc circa praemissa existentibus.

PRIVILEGIUM SUPER SCULTETIAM IN VILLA BRESKA SUB SIGNO VP

A. D. 1542.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Cum ea quae in tempore ab hominibus geruntur labilitate temporū oblivionē facile contrahunt, Nisi lrarum et Sigillorum munimine roborentur. Quare nos Vincentius Baranowski Miseratione Divina Abbas Monrij Biecen̄ Ordinis S. Benedicti una cum toto Conventu Frum suorum. Universis et singulis praesentibus et futuris nr̄as praesentes lr̄as inspecturis, et quibus interest et expedit. Notum facimus quomodo ad praesentiam nr̄am venientes Nobiles Joannes Strzemien Factor noster in Goles et Petrus Strzemien Vicecapitaneus in Pinczen̄ ambo Frēs germani Sculteti villa antiqua dicta Brzyska et familiares

ZXI liares nri coram nobis supplicarunt, Quatenus ratione suorū ipsorū seruitiorum nobis fideliter exhibitorū eis ipsis adauferemus et adscriberemus pecuniariam sumam Centum marcarum supra vel vltra sumam contentā in eorū primaud et legittime asse- cuto Priuilegio. Cuius tenor seu forma sequitur et est talis. In nomine Dni Amen. Quoniam ea qua geruntur in tempore, ne simul euanescant cum processu tem- poris bonū et vtile est, vt munimine sigillorum, et scripti testimonijs robo- rentur. Igitur nouerint pñtes et futuri pñs scriptū inspecturi. Quod nos Joannes Diuina miseratione Abbas Sinecen Ordinis S. Benedicti, to- tusq Conuentus Monrij eiusdem, cupientes bona Monrij nri ampliare. Vendidimus prouido viro Thoma et Sororis ipsius Catharina natis Jaklin, pro quatuor marcis grossorū Pragen vsualis monete Extirpa- tiones villa antiqua dicta Brzyska adiacentes. Qua extirpationes in- cipiunt à Pashonis extirpatione, et procedunt vsq ad densam siluam, in- ter quas extirpationes dictus Thomas Sororq ipsis Catherina, vnum man- sum vsq ad viginti annos libere possidebunt. Elapsis verò viginti annis solutionē de ipso facient, vt de cateris mansis vel alterū ad solutionem vendere tenebuntur. Damus etiam dictis Thoma Sculteto Sororq ipsius, et eorū legitti- mis Successoribus ad locandū ibidē siluam Jure Maydeburgen in tribus ri- uulis vezt Lirocz, Lirocza et Cxmoscina vna cū agris extirpatis quinqua- ginta mansos franconicos. Ratione verò locationis prædictæ siluæ ipse Thomas et Soror ipsius et ipsorū legittimi Succes. duos mansos liberos duas tabernas, macella carniū, mensā panū et sutorū fabrike, molen- dina, piscinas, quotcunq construere potuerint absq impedimento insolarū liberè possidebunt. Illa duntaxat piscina excepta, quam pro vtilitate domus nra reseruamus. Incola aūt qui in ibi locati fu- erint à tempore locationis super extirpatis agris, sex annis, et super syl- ua viginti annis gaudebunt libertate. Expirata aūt libertate de quoli- bet mensurato, nobis et Successoribus nris nouem Scotos gross moneta præ- dicta pro censu et, sex pro decima Relton decta singulis annis in Festo B. Martini soluere tenebuntur. Scultetus aūt sextum denarium per se vsurpa- bit

bit vel reseruabit nobis quinq presentatib, et tertiu denariu de iudicio prouenien-
tem. Tria prandia quouis annos et pro quolibet prandio sex scotos, de quibus prandiis
ipse Scultetus vnum fertonem et vicola duos fertones nobis persoluant. Insuper
omnia etiam alia et singula tam saepefatus Scultetus et Soror ipsius Catharina
et eoru legittimi Succeßores quã Kmetones sunt nobis astricti atq ipsos Ius Theu-
tonici seu Maideburgen. reddit obligatos. Scultetus aut seruiat nobis in equo
valente tres marcas et cu sagittis, habebit etiam dictus Scultetus omnem
potestatem iudicandi reos, criminis et maleficos qui reperti fuerint pro qualitate
cuiuslibet poena noxiae puniendi vnu mansu liberum pro expellendis pecoribus
vna cu villanis comuniter possidebunt. Damus etiam saepedictis Thomae Sculte-
to et Catherinae liberu arbitrium dicta Sculteria tenenda aut Idoneo Sculteto ven-
dendi, donandi, comutandi, siue quouis modo alienandi. Accedente tamen ad
hoc nra voluntate, pariter et assensu. In cuius rei testimonium nostra sigilla nec
Conuentus sunt appensa. Dat in Tyniec feria secunda infra Octauas S. Stanislai
de mense Maij Anno Dni Millmo Trecentesimo Sexagesimo etc. Nos itaq ipso-
rum nobilium Ioannis et Petri familiarium nrorum attenden. nobis grata fidelia, et
bene merita seruitia ex certa scientia et vnanimi consensu nro volentes eosde
nobiles Ioannem et Petrum eoruq legittimos Succeßores ad quaeq obsequia opportuna
nobis et Succeßoribus nris exhibenda animare et magis deuinctos reddere, du-
ximus eisdem nobilibus Ioanni et Petro famulis nris ita vt praefertur, ratione
Seruitiorum ipsorum Supra vel vltra sumam praedictam in praeinserto prima-
uo Priuilegio eorum contentam Centum Quinquaginta Marcas pecuniaru mone-
tae et numeri Polonicalis in Regno Currentis in quamlibet marcam Quadraginta
et octo gross computando adaugere et adscribere. Tenoreq praesentium adaugemus
et cu robore perpetuae firmitatis adscribimus. Insuper ex speciali gra nra, A-
grum vnum appellatum Crenikowska huic Sculteriae perpetuo appropriamus
et incorporamus. Alium vero agru Keskowska nuncupatu praefatis nobilibus et
familiaribus nris Ioanni et Petro Strzemien. damus donamus, ad ipsoru
tantu duoru vita, post decessu vero illoru hic ager Keskowska nuncupatus
ad Monrium pleno iure redibit absolutione cuiuscunq suma pecuniariae, de
praedictis vero agris ipsi Ioannes et Petrus Strzemien Succeßores ipsius

censum solitu

censum solitū pro quolibet anno dare tenebuntur, labores vero ipsi Joannes et Petrus sibi liberos habebunt. Et nihilominus nosq et Succores nri volumus vt praefatum Xles et Joannes et Petrus dicta Sculletiam ita vt praemittitur cū adaucta suma et agris teneant, possideant, et pro eorū arbitrio vtifruantur Habeantq libertatem eandem Sculletiam vendendi, donandi, cōmutandi et ad quoscunq vsus proprios et legittimos convertendi. Insuper praefatos Xles et familiares nros Joannem et Petrum neq nos, neq Succores nri eximere, nec alteri cuicunq ad eximendum eos admittere tenebimur. In quorū omnium et singulorū iam praemissorum fidem, robur et testimonium Sigillū nrum nrīq Conuentus est subappensū. Datū in Piniec feria tertia in Vigilia S. Lucae Euangelistae Anno Dni Millmo Quingentesimo Quadragesimo Secundo. Praesentibus ibidem Gnoso Dno Stanislao Gniady de Zabierzow Capitaneo Pinecen, Jacobo Pabianowski Aulico Rdi Dni Petri Archiepiscopi Gnesnen et Episcopi Crac Jacobo et Joanne Brzanowskich et alijs pluribus fide dignis.

PRIVILEGIVM SVPER SCVLTETIAM IN VILLA BRZESKA SVB SIGNO SS.

VINCENTIVS Baranowski ordinatione Diuina Abbas, Andreas Brzechwa Prior et Custos Jacobus Jastrzembski, Subprior, Joannes Lewczowski Praepositus Infirmorū, totusq Conuentus Frum Monrij Pinecen. Significamus tenore prntium quibus expedit vniuersis. Quod nos supplicioni Xlis Joannis Strzemien Burgrabij Castri nri Coles de nobis benemeriti annuen. fum ex bona nra ad meliorem conditionem reddere volen Sculletiam nrām in villa nra Brzyska in tenuta et possone ex antiquo et ad prns ipsius Joannis Strzemien existen, qua licet priori tempore extit taxata, attamen

quia

quia bona tam terrestria, quam quævis alia quæ prius vilipendebantur pro nunc comodiora redduntur tam per extirpationem siluarum, rubetum, et aliorum, ad genus pisci- narum exstructionum et aliorum comodorum et emolumentorum cura et industria suum adinuentionem. Cum ergo præfatus xtis Joannes Strzemien Priuilegium super dictam Sculletiam spectans habuit taxatam summamque in eodem Priuilegio suo fuit descripta et specificata, ideo ob meliorationem dictæ Sculletiæ prædictam summam in Priui- legio suo nominatam, præsentibus cassamus et annihilamus, gratiaque meliorationis i- psius Sculletiæ, relinquimus postmodum taxandam ea ratione, ut ipse Joannes Strzemien præfatam Sculletiam suam meliore, quam sibi concedimus præsentibus ad me- liorem conditionem promouendam et conferimus per præsentes, quam quidem Sculte- tiam ipse xtis Joannes Strzemien iuxta tenorem prioris sui Priuilegii ad vitam su- am extremam tenebit habebit et possidebit, cum omnibus eiusdem Sculletiæ pun- ctis, articulis, conditionibus, omnibus, emolumentis, vniuersis in Priuilegio Ori- ginali descriptis. Cuius tenor est talis. Nos Joannes miseratione diuina Abbas Monrij Pinecen Ordinis S. Benedicti totusque Conuentus Monrij eiusdem, cupien- tes bona Monrij ~~eiusdem~~ nri ampliare, vendidimus Prouido viro Thomæ et sorori ipsi- us Catharinæ nat. Sablim pro quatuor Marcis grossorum Pragen vsualis monetæ ex- tirpationes villæ antiquæ Brzyska adiacentes, quæ extirpationes incipiunt a Pandimy ex- tirpone et procedunt vsque ad diuisam syluam, inter quas extirpationes dictus Thomas Sororque ipsius Catharina vnum mansum vsque ad viginti annos possidebunt libere, elapsis vero viginti annis, solutionem de ipso facient, vt de cæteris mansis, vel alte- ri ad solutionem vendere tenebuntur, Damus etiam dictis Thomæ Sculteto Sororique ipsius et eorum legittimis Successoribus ad locandum ibidem syluam iure Maydeburgen in tribus riuulis vlt ~~Lorrata~~, Linoza et Ostnosiiny, vnc cum agris extirpatis quinquaginta mansos franconicos. Ratione vero locationis prædictæ syluæ ipse Tho- mas et soror ipsius Catharina et ipsorum Successores legittimi duos mansos li- beros, duas tabernas, macella carnium, mensam panum et sutorum, fabrile, mo- lendina, pisinas quodcunque construere poterint, absque impedimento incolarum libere possidebunt. Illa duntaxat pisina excepta, quam pro vtilitate domus nra reseruamus. Incolæ autem qui noui locati fuerint a tempore locationis super extirpatis agris sexe annis, et super sylua viginti annis gaudebunt libertate

expirata.

tamen sine Scitu Nostro Capitulari Tynecensi.) in Sylvis Nris praenominatae Villae Rybnae adiacentibus permittimus et concedimus. Promittimus autem pro Nobis et Rndissimis Successoribus Nostris quod praedictos Gnosos Fryszneckier coniuges ab usu et possessione dictae Scultetiae, quam diu in vivis fuerint, non amovebimus aut alienabimus atque amovendi aut abalienandi cuipiam potestatem, dabimus. Sed salvum et integrum Jus advitalitium ijsdem conservabimus Successoresque Nri conservabunt. Illis autem vita functis, bona perfata Scultetiae ad nram Conventusque Nri liberam dispositionem pleno Jure munda, libera et nullis oneribus tamen redibunt. Insuper obligamus praefatos Gnosos Fryszneckier coniuges praedictae Advocatiae possessores, quod tenebuntur singulis annis pro Festo S. Martini ratione censûs florenos triginta Conventui Nro Tynecensi ad manus Rndi Prioris pro tempore existentis, dare et per famulum suum mediante quietatione eiusdem Prioris transmittere, Jure haereditario et Superioritatis Conventus tanquam Domini fundi salvis per omnia manentibus. In cuius rei fidem praesentes manibus Nris subscripsimus, et Sigillis communiri fecimus. Actum Datum in Monasterio Tynecensi die Vigesima 8ta Aprilis Ao Dni. Millmo Sexcentesimo Nonagesimo Octavo.

Josephus Lubomirski Perpetuus Abbatiae Tynecensis Administrator

Fr Bonifacius Rostocki Prior et Custos Tynec. necnon Praepositus Tuchoviensis. Fr Mellitus Chodorowicz Supprior. Ildephonsus Tremeski Provisor, Hieronymus Roscicki Decanus, Aegidius Saniarski Mgr Novitior. et Thesaurarius, Albericus Machulik Praepositus Infirmorum et Cancellarius.

Privilegium supra Scultetiam dictam Hoynik Gnoso Domino Stanislao Bychawski.

Josephus Comes in Wisnicz et Jarosław Lubomirski, Sac. Rom. Imp. Princeps, Perpetuus Abbatiae Tynecensis Administrator.

Fr Bonifacius Rostocki Ords S. Benedicti exempti Monasterij eiusdem Tynecensis Prior et Custos, necnon Praepositus Tuchoviensis. Mellitus Chodorowicz Supprior, Ildephonsus Tremeski Provisor, Hieronymus Roscicki Decanus, Aegidius Saniarski Mgr Novitior. et Thesaurarius, Albericus Machulik Praepositus Infirmorum et Cancellarius. caeterique Patres et Fres ad sonum campanae Capitulariter congregati.

Significamus psentibus literis Nris, universis et singulis horum notitiam habituris. Quia Nos volentes Gnosum Stanislaum Bychawski Nobis Conventuique Nro ad obsequia praestanda promptum et alacrem reddere, in id unanimiter consensimus, ut eidem Gnoso Stanislao Bychawski et Theresiae Coniugibus legitimis ambobus insolidum, et cuilibet ipsorum Superstiti, Bona Conventus Nri, videlicet Scultetiam seu Advocatiam dictam Hoynik, post liberam resignationem Juris advitalitij in Castro Biecensi Anno Dni Millmo Sexcentesimo Nonagesimo Septimo Feria Quarta ante Festum S. Bartholomaei Apostoli proxima per Gnosos Casimirum a Szaniawy Szaniawski Venatorem Lukoviensem et Theresiam de Gorka coniuges legitimos ultimos et immediatos praedictae Scultetiae Tenutarios, ad Nos et dispositionem Conventus Nri devolutam, in Districtu Biecensi consistentem, daremus et conferremus, uti quidem praesentibus, cum omnibus Inctonibus, Hortulanis, Gazarijs, alijsque ex antiquo pertinentijs ad eandem Scultetiam spectantibus fructibus, utilitatibus, agris, Pratis, Sylvis, Hortis, piscinis, Tabernis, molendinis, proventibusque generali-

ter

ter universis, Subditorum et Cmetonum Censibus, laboribus, dationibus, in anterioribus Privilegijs expressis et nullis exceptis, ijdem Gnosis Bychawskim Coniugibus in advitalitatem et usum fructum ad extrema vitæ illorum tempora, damus, tradimus, et conferimus. Quæ quidem præfata bona ijdem Gnosi Stanislaus et Theressia Coniuges, cum omni Iure Dominioq vigore præsentium tenebunt, habebunt, pacificeq possidebunt. Contributiones verò publicas, consipationes frumentarias si quæ sunt vulgo Ospy aliaq onera tam S. Reg. Majestati quam Reipublicæ ex agris huius Scultetiæ pendi et præstari solita, extradere sine quavis difficultate, et contradictione tenebuntur. Et quoniam per Antecessores Nros Rndissimos Dnos Abbates ad hanc Scultetiam Cmetones, Hortulani aliiq Subditi advincti de Villa Babignowice qui ad Prædium Nrum Suchoviense labores, Census, et omnia onera cum alijs Subditis pendebant ac persolvebant. Ideo hosce Subditos omnes de Babionowice Gnosis Stanislao et Theressiæ Coniugibus adiungimus, concedimus, damus, et huic Scultetiæ cum omnibus fructibus, Censibus, laboribus incorporamus, sub beneplacito tamen Sedis Aplicæ et confirmatione horum in Babionowice Subditorum. Et quoniam Antecessores et Possessores huius Scultetiæ ad Thesaurum Rndissimorum DD. Abbatum quolibet Anno pro Festo S. Martini, censum ratione horum Subditorum concessorum, importabant florenos quinquaginta; Ideo et hi Donatarij Nri eandem summam quolibet Anno pro Festo eodem Nobis Successoribusq Nris semper referri curabunt. Ratione quorum bonorum ijdem Donatarij Nri Conventui Nro Tynecensi etiam pro Festo S. Martini quotannis Canonis nomine pendere florenos quinquaginta polonicales, ædificiaq eius Advocatiæ reparare tum quoq Subditos ab Angarijs illæsos pro viribus suis conservare et in pristinum statum redigere studebunt. Insuper ratione Dominij coram Nobis citatione Nra literali citati peremptorie comparere et respondere tenebuntur. prout eos psenti Privilegio ratione huius Advocatiæ ad respondendum obstringimus et obligamus. Cui foro præfati Coniuges sese psentibus subijciunt, et submittunt, in omnibus obedientiam Nobis et Conventui Nro, tanquam Dominis et hæredibus fundi præstari solitam spondentes. Salvis in toto Iuribus Nris Ecclesiæ et Conventus. Promittimus quoq pro Nobis et Successoribus Nris, totoq Conventu Tynecensi, quod eosdem Gnosos Stanislaum et Theressiam Bychawskich stante vita eorum in pacifica possessione penes eandem Scultetiam conservabimus. Ijs vero vita functis bona dicta Scultetiæ ad Nos Conventusq Nri liberam dispositionem pleno Iure, libera, munda, et nullis onerata summis redibunt. In quorum fidem præsentes manibus Nris subscripsimus, et sigillis communiri fecimus. Actum Datum in Mrio Tynecensi die Vigesima Sexta Maij. Ao Millmo Sexcentesimo Nonagesimo Octavo

Josephus Lubomirski Perpetuus Abbatiæ Tynecens Administrator

Fr Bonifacius Rostocki Prior et Custos Tynecensis, necnon Præpositus Suchoviensis. Mellitus Chodorowicz Supprior, Ildephonsus Przemoski Provisor, Hieronymus Rosicki Decanus, Aegidius Saniarski Mgr Novitior. et Thesaurarius Albericus Machulik Præpositus Infirmorum et Cancellarius.

+

Priuilegium supra Scultetiam dictam Dworzisko Gnoso Domino Adamo Iedlinski.

Josephus Comes in Wisznicz et Jarosław Lubomirski Sac. Rom. Imp. Princeps, Perpetuus Abbatiæ Tynecensis Administrator.

Fr Bonifacius Rostocki Ord. S. Benedicti exempti Monasterij eiusdem Tynecensis Prior et Custos, necnon Præpositus Tuchouiensis, Mellitus Chodorowicz Supprior, Ildephonsus Trzemeski Prouisor, ~~Aegidius~~ Hieronymus Rosicki Decanus, Aegidius Saniarski Mgr Nouitior. et Thesaurarius, Albericus Machulik Præpositus Infirmorum, et Cancellarius. Cæterique Patres et Fratres ad sonum campanæ Capitulariter congregati.

Significamus, præsentibus literis Nris, quorum interest Uniuersis et singulis consensisse Nos et permisisse, consentireque et permittere Gnosis Ioanni Falecki et Agneti Falecka coniugibus legitimis ut possint et valeant de integro Iure suo Aduitalitio super Scultetiam seu Agrum Prædialem alias Dworzisko, cum septem additamentis Agri eidem Dworzisko adiunctis et contiguis in Villa Pogwizdow Conuentus Nostri hæreditaria concedere illudque in Personas Gnosorum Adami Iedlinski et Emerentianæ de Magna Trzcianka Iedlinska Scillatorum Czernichouiensium, Coniugum legitimorum transfundere. Quam quidem Cessionem et Iuris transfusionem respectu meritorum prædicti Gnosi Iedlinski ad quæ Nobis et Conuentui Nro præstanda obligabitur, concessimus, quæ de consensu Nro peragetur, posteaquam coram Actis quibuscunque Regni Authenticis facta et recognita fuerit. Nos tamen habebimus dictosque Iuris Quæsitores in possessione prædictæ Scultetiæ, seu Agri Dworzisko dicti cum omnibus fructibus, prouentibus, Campis, Syluis, et emolumentis Subditis, eorumque laboribus, piscinis, et pertinentiis uniuersis, hoc nonnisi præcauemus, et præcauendo Nobis excipimus, ut Gnosi Iedlinski de Syluis, ad dictum Agrum Prædialem siue Scultetiam pertinentibus ligna nonnisi pro sua utilitate, id est pro suo foco, siue pro ædificatione, et restauratione tam Prædij, quam aliorum Subditorum necessaria, non vero pro venditione, aut donatione aliqua excidere possint, et valeant. Cæterum nihil alias Nobis excipimus, sed prout præfati Gnosi Ioannes et Agnes Faleccy Coniuges legitimi vigore Priuilegiorum suorum, tenuerunt, habuerunt, et possederunt, tenereque habere, et possidere debuerunt, Nos etiam dictos Iedlinski ad extrema Vitæ illorum tempora, et quemuis illorum superstitem, et superuiuentem penes Ius aduitalitium sæpe dictæ Scultetiæ conseruabimus, Successoresque Nri cum Conuentu Nro conseruabunt. Post decessum vero eorum bona præfata Scultetiæ, seu Agri Prædialis Dworzisko nuncupati ad Nram, Conuentusque Nri liberam dispositionem, pleno Iure munda, libera, et nullis onerata summis redibunt. Insuper obligamus præfatos Gnosos Iedlinski, ut in Vim recognitionis directi Dominij Nri quotannis census loco pro Festo S. Martini Conuentui Nro Tynecensi decem florenos polonicales, per manus Rndi Prioris sub pæna communi Iure Canonico descripta soluere tenebuntur. Saluis tamen et illæsis Iuribus Nris et Superioritate Nra hæreditaria super eandem Scultetiam manentibus. In quorum fidem præsentes manibus Nris subscriptas, Sigillis, Nro, et Conuentus communiri iussimus. Actum, Datum in Mnrio Tynecensi Die secunda Mensis Iunij Anno Domini Millesimo Septingentesimo Nonagesimo Octauo.

Josephus Princeps Lubomirski Abbatiæ Tynecensis Perpetuus Administrator

Fr Bonifacius Rostocki Prior et Custos Tynecensis, necnon Præpositus Tuchouiensis: Mellitus Chodorowicz Supprior, Ildephonsus Trzemeski Prouisor, Hieronymus Rosicki Decanus, Aegidius Saniarski Mgr Nouitior. et Thesaurarius, Albericus Machulik Præpositus Infirmorum et Cancellarius. Cæterique Patres ac Fratres ad sonum Campanæ Capitulariter congregati

+

Priuilegium supra Sculjtetiam dictam Ciecierczyzna in Villa Piekary. Excellenti Dno Ioanni Stanislao Dzidowski. Philiæ & Medicinæ Doctori.

Josephus Comes in Wisznicz et Jarosław Lubomirski, Sac. Rom. Imp. Princeps, Perpetuus Abbatiæ Tynecensis Administrator.

Fr Bonifacius Rostocki Ordis S. Benedicti exempti Mrij eiusdem Tynecensis Prior et Custos, necnon Praepitus Tuchouiensis. Mellitus Chodorowicz Supprior, Ildephonsus Tremeski Prouisor, Hieronymus Rosicki Decanus, Aegidius Saniarski Mgr Nouitiorum, et Thesaurarius, Albericus Machulik Praeptus Infirmorum et Cancellarius. Caeteriq Patres et Fratres ad Sonum campanae Capitulariter congregati.

Significamus p̃sentibus literis Nris, Uniuersis et Singulis horum notitiam habituris. Quia Nos rationem habentes meritorum, quae Excellens Dnus Joannes Stanislaus Dzidowski Philiæ et Medicinae Doctor, ab aliquot Nobis annis, et Conuentui Nro singulari fide ac diligentia, et dexteritate praecipuè in praescribendis medicinalibus praestitit, et praestat. Volentesq eundem ad eadem praestanda in futurum alacriorem reddere, consensimus, et permisimus, consentimusq, et permittimus, ut possit, et ualeat cum Gnosa Marianna Poremboska; Gnosi olim Porembski relicta Viduâ, de cessione integri Juris Sui aduitalitij, quod dicta Gnosa Poremboska super Aduocatiam dictam Ciecierczyzna in Villa Piekary ad Abbatiam Tynecensem spectante, uigore Priuilegij ab Antecessoribus Nris Gnosis Porembskich Coniugibus legitimis concessi, tractare, componere, et concludere. Quod si saepe dicta Generosa Marianna Poremboska Jus suum aduitalitium cedere non uoluerit. Tunc post fata ipsius p̃fatae Viduae uti ultimae ac immediatae possestricis, plenum Jus aduitalitium. Super Aduocatiam Ciecierczyzna nuncupatam Excellenti Dno Joanni Stanislao Dzidowski et Annae Consorti eius legitimae ad Vitae tempora cum omnibus utilitatibus, fructibus, Subditis eorumq laboribus, et Censibus, agris, pratis, pascuis, omnibusq in genere et Specie ad dictam Aduocatiam ex antiquo attinentijs, damus, concedimus, et conferimus. Promittentes quod eosdem Dzidowskich Coniuges legitimos, circa usum et pacificam possessionem ambos in solidum, vel eorum alterutrum superstitem penes Jus integrum prout memoratis Gnosis Porembskim super dictam Aduocatiam competebat, ad extrema Vitae eorum tempora, cum Rndissimis Successoribus Nris, et Conuentu Nro conseruabimus. Post decessum autem dictorum Dzidowski Coniugum legitimorum, bona p̃fatae Aduocatiae ad Nram, Conuentusq Nri liberam dispositionem pleno Jure munda, libera, et nullis onerata summis redibunt. Ratione uerò Juris aduitalitatis directique Dominij Nri dicti Coniuges Canonis loco Duas Marcas pro Festo S. Martini quolibet Anno ad mensam Fratrum Conuentus Tynecensis ad manus Rndi Prioris persoluere tenebuntur. Saluis tamen et illaesis Juribus Nris, et superioritate Nra haereditaria super eandem Aduocatiam manentibus. In quorum fidem p̃ntes manibus Nris subscriptas sigillis Nro, et Conuentus communiri iussimus. Actum Datum in Monasterio Tynecensi, Die Tertia Mensis Junij. Ao Millmo Sexcentesimo Nonagesimo Octauo.

Josephus Princeps Lubomirski Abbatiae Tynecensis Perpetuus Administrator

Pater Bonifacius Rostocki, Prior et Custos Tynecen. necnon Praeptus Tuchouiensis. Mellitus Chodorowicz Supprior. Ildephonsus Tremeski Prouisor. Hieronymus Rosicki Decanus. Aegidius Saniarski Mgr Nouitior. et Thesaurarius. Albericus Machulik Praeptus Infirmorum et Cancellarius. Caeteriq Patres, et Fratres ad Sonum campanae Capitulariter congregati.

558 Priuilegium super Aduocatia dicta Klodawa Nobili Adalberto Bledowski Seruiens

Josephus Comes in Wisnicz et Jaroslaw Lubomirski S. R. Imperij Princeps Monasterij Tynecensis Ordinis S. BENEDICTI Commendatarius Abbas.
Fr. Theodorus Zielonacki Ordinis S. BENEDICTI Prior et Custos Tynecensis Albericus Machulik Supprior, Ildephonsus Trzemeski Praepositus Infirmorum Mellitus Chodorowicz Decanus Egidius Szaniarski Thesaurarius. Zacharias Blaszkiewicz Prouisor.

Significamus praesentibus Literis Nostris quorum interest Vniuersis et Singulis, consensisse Nos et permisisse, consentireque et permittere per praesentes Nobili Adalberto Bledowski, ut possit et valeat de toto ac integro Iure suo Aduitalitio, sibi super Aduocatia in Villa Nostra Abbatiali Klodawa in Districtu Biecensi sita, cum omnibus aedificijs agris pratis, campis, stagnis, piscinis, syluis, pascuis, [illegible] [illegible], [illegible], necnon attinentijs et pertinentijs vniuersis, etiam cum incisione lignorum moderata in syluis Nostris Kraiouien, cum scitu tamen Capitanei Nostri ibidem existentis pro tempore, cedere illudque in Personam Nobilis Theressiae de Lady Lazowska ad praesens Bledowska consortis suae legitimae secundarum Nuptiarum transfundere et transferre. Quae autem Cessio et Iuris transfusio, postquam coram quibuscunque Regni Authenticis Actis legitime facta fuerit, Nos etiam uti de Nostro Conuentusque Nostri Tynecen consensu factam ratam gratamque habituri. Eosdemque Nobiles Adalbertum et Theressiam Bledowskie Coniuges legitimos in possessione integra et usu eiusdem Aduocatiae ad extrema Vitae illorum tempora conseruabimus et Successores Nostri cum toto Conuentu Venerabilium Religiosorum Monasterij Nostri Tynecen conseruabunt. Quibus praefatis Coniugibus concedimus insuper Aduitalitium Vsum Prati penes Villam siti [illegible] via Brzeski, ad villam [illegible] tendentis, a Pratio in Brzeski per Antecessorem Nostrum [illegible] et Sculteto Klodauien adiuncti ad Vitae suae tempora. Bona haec praedicti Coniuges Bledowscy, nec alienare, nec locare, nec vendere nec ius suum Aduitalitium vendendo transfundere, nisi accedente Speciali Nostra, seu Successorum Nostrorum gratia et Monasterij Nostri recollecto consensu poterunt: Sed post illorum decessum munda [illegible] inferius Specificanda Summa vel Summis onerata, ad Nostram Monasterijque Nostri dispositionem redibunt. Cauemus interea ne praedicti Coniuges, Sculteti Noua aedificia construi faciant, sed ea tantum quae reciperunt Inuentario comprehensa, Sartatecta conseruent et reparari curent, neque desolata relinquantur. Alias Successores eorum responsuri et damna resarcire erunt obligati, uti Inuentarium [illegible] et ipsa Bona, non aliàs nisi per manus Nostrorum Commissariorum se debere recipere sciant et et sint recepturi. In Causis Bonorum pure Sculteti[illegible] coram Commissarijs Nostris adcitati respondere et Iudicium pati omnino tenebuntur. In recognitionem vero directi Dominij

ad mensam

Ad mensam Venerabilis Conuentus Nostri pro Festo Sancti Martini florenos Triginta persoluere, mediante Quietatione Reuerendi Patris Prioris tenebuntur. Illis vero Vita functis, Successores praefatis Bonis cedere et condecedere non erunt adstricti, priusquam Summam infrascriptam ratione Aedificiorum ex agnitione Commissariorum Nostrorum in Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono, Die Trigesima Mensis Octobris adiudicatam florenorum Quingentorum, detracta tamen post decessum ipsorum Quarta parte eiusdem, iuxta Constitutiones Synodales perceperint et leuauerint. Saluis integris Iuribus Nostris Successorumque Nostrorum permanentibus. In quorum omnium fidem praesentes Manibus Nostris subscriptas Sigillis communiri fecimus. Datum Cracouiae. Die Vigesima Secunda Mensis Augusti. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Nonagesimo Tertio.

Josephus Lubomirski
Abbas Tynecensis mpp

Locus Vtriusque Sigilli

Pater Theodorus Zielonacki O.S.B. Prior et Custos Tynecensis
Fr. Albericus Machulik Supprior mpp
Fr. Ildephonsus Trzemeski Praepositus infir. mpp
Fr. Mellitus Chodorowicz Decanus mpp
Fr. Egidius Szaniarski Thesaurarius mpp
Fr. Zacharias Blaszkiewicz Prouisor mpp

Josephus Comes in Wiśnicz et Jarosław Lubomirski Sacri Romani Imperij Princeps perpetuus Abbatiae Tynecensis Administrator.

Fr Theodorus Zielonacki Ordinis S. Benedicti Exempti mrij Tynecensis Prior et Custos. Fr Albericus Machulik supprior. Fr Ildephonsus Trzemeski Praepositus infirmorum et Fr Senior. Fr Hieronymus Rosicki Decanus. Fr Mellitus Chodorowicz alter Decanus. Fr Egidius Sianiarski Thesaurarius, Fr Andreas Rusrkowski Mgr Novitiorum Fr Benedictus Jawski Vicecustos Fr Zacharias Blaszkiewicz Provisor Fr Fabianus Procurator. Caeterique Fres et Fres ad sonum campanae capitulariter congregati.

Significamus praesentibus Literis nostris universis et singulis horum notitiam habituris, quia nos rationem habentes meritorum, quae Excellens

Dnus

Dnus Joannes Dzidowski Philae et Medicinae Doct.
Nobis et Conventui nostro ab aliquot annis sin
gulari fide ac diligentia et dexteritate praeci
puè in praescribendis medicinalibus praestitit
et praestat, uti ordinarius noster, Conventusque
nostri medicus, volentesque eundem ad eadem
praestanda in futurum alaciorem reddere, con
sensimus ac permisimus, consentimusque ac
permittimus ut possit et valeat cum Gene
rosa Marianna Petrałowska Generosi
olim Petrałowski relicta vidua de cessio
ne integri Juris sui advitalitij quod di
cta Generosa Petrałowska super advocatiam
Hołedwic prostki nazwane Bienkowskie
in villa Lipski ad Abbatiam Tynecen
sem spectante vigore Privilegij ab An
tecessoribus nostris Gnsis Petrałowskis Con
iugibus legitimis concessi tractare componere
et concludere. Quod si supradicta Gnsa Ma
rianna Petrałowska Jus suum advitalitium
cedere non voluerit. Tunc post fata ipsius
praefatae Petrałowska ultimae ac immedi
atae Possestricis plenum Jus advitalitiu
super advocatiam Hołedwie prostki Bien
kowski nuncupatam Excellenti Dno Joanni
Stanislao Dzidowski et Annae Consorti eius legitimae
advitae tempora una cum tribus subditis
Cmetonibus in villa Lipski manentibus scilicet
cum Joanne kowalik, Brigitae Dusa
krupian

Krapiarz nuncupati, tum quoq cum tribus alijs Cme tonibus alias Polnikami in Villa Kasrow manenti bus scilicet Woyciechem Wolkiem Gawlem y Datkiem nuncupatis, tum cum omnibus aedificijs, uti litatibus, fructibus ~~[illegible]~~ laboribus cen sibus, agris, pratis, hortis, stagnis, pascuis, pro uti catiam ex antiquo attinentijs damus concedimus et conferimus, et personas istas scilicet subditos ad Advocatiam istam datos ab omnibus laboribus oneribus et obsequijs ad arcem nostram Tyniecen lem pertinentibus liberos facimus. Onera tamen Reipublicae, Messne seu myssalia ad Eccl[esi]am in Lipski pertinentia per totum tempus possessionis suae reddere tenebuntur. Addimus huic Excellenti D[omi]no Agrum dictum Mysliwcowa et Agrum Ko ziorowka in Villa Piekary, tum quoq pratum certum w lęgu piekarskim situm ad omnem usum libe rum. Tumquoq in agris praediabus pascua libe ra et curras duos alias fordwie lignorum eveben dorum qualibet septimana ad usum proprium ex Sylvis ~~ad usum proprium ex Sylvis~~ ad Abbatiam no stram pertinentibus concedimus absq omni [illegible] niorum vel Oeconomorum nostrorum, et Custodum syl varum praepeditione. ~~Promittentes~~ Promittentes quod Excel lentes Dzidowskich Coniuges legitimos circa usum et pacificam possessionem ad extrema eo rum vitae tempora cum Nostris successoribus nostris et Conventu conservabimus et quia Ex cellens D[omi]nus desolatam advocatiam accipit

quia restaurat ~~ac~~

quae restauratione indiget, ideo quidquid ad restau-
randam advocatiam istam expendet, totum quod Depută-
ti nostri Commissarij agnoscent, ex Thesauro nostro redde-
dum et persolvendum declaramus; Nec prius ex Advoca-
tia ista Successores Dudowskich exibunt, donec expensa
ma a Commissarijs nostris agnita refusa fuerit. Excellen-
tis vero Dudowski respectu census ex his Agris provenien-
tis ad Thesaurum nostrum quotannis profesto S. Marti-
ni Eppi triginta florenos currentis monetae solve-
re tenebitur; ratione vero Canonis unam marcam
ad mansam Conventus Studij persolvere tenebitur, sal-
vis tamen et illaesis Juribus nostris et Superioritate
nostra, super eandem Advocatiam manentibus.
In quorum fidem praesentes manibus nostris subscriptas Sigillo
nostro et Conventus communiri jussimus. Actum Datum
in Monasterio Tyniecensi, die Septima Mensis Aprilis
Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Nonagesimo Nono.

Privilegium super Molendinum in Villa Wola Radziszowska
iuxta Anterioris privilegij super idem Molendinum dati formam extra[ctum]

Fr. Theodorus Zielinacki Prior et Custos, Albericus Machulik Viceprior, Adalbertus
Trzemski Decanus et Apotheca Praepositus, Mellitus Chodorowicz Decanus, Ignatius
Szamowski Thesaurarius, Damascenus Saronski Magister Novitiorum et Cancellarius
Capli, Franciscus Zalewski Provisor, totiusque Presbyteri et Fratres Abbatiae Tyniecensis Ordinis
Sti Benedicti Capitulariter congregati.
Significamus praesentibus hisce Literis Nris universis et singulis earum notitiam habituris.
Quod Nos inhaerendo Anteriori privilegio concesso pro erigendo Molendino in Bonis Nostris haeredi-
tarijs Radziszowska Wola nuncupatis, per speciale Decretum Smi Domini Nri Dni Sae
memoriae Innocentij XI. Papae, Nobis Nostrisque Successoribus in recompensam debitae quartae
partis proventuum Abbatialium pro Fabrica Monasterij Nostri, aliisque in Bulla expressis
Necessitatibus supportandis, perpetuo adiudicatis, et in possessionem aeternam traditis;
Quod privilegium a Praedecessoribus Nostris, olim Laborioso Sebastiano Matla, et Uxori eius
Catharinae Anno Dni 1677mo Die 12. Mensis Septembris, spe maioris fructus et utilitatis
ex ijsdem bonis, addito et incorporato eidem Molendino quodam agro pro tunc sterili, et
infructuoso, vulgo dicto Kudasiowka, cum pratis, hortis, caeterisque attinentijs, reservata
obligatione solvendi omnia Reipublicae onera, contributiones, nec non Missalia Ecclesiae
Parochiali, tum quoque censum annuum sexaginta florenorum Polonicalium Aulae, sive Curiae
Radziszowiensi, et Canonem unius floreni per Annum pro Festo Sti Martini Confessoris et Pontificis;
exclusis vero alijs oneribus, servitijs, vel datiombus Aulae aut cuipiam dudum debitis. Sive

Bertholi Solitis, datum et concessum fuerat. Hoc idem Molendinum de praesenti quidam Laborio
si Thomae Sablonka, et eius Uxori Catharinae, a praefatis immediatis possessoribus. Catharinae
na Matlina et ipsius Filijs, ob magnam ruinam et desolationem aedificiorum, instrumento
rumque Molendini dicti, cum obligatione restaurationis, et in meliorem fructum Utilitatemque
redactionis. Emi, comparari pro certa summa pecuniaria, inde contractum, Seu initum
permisimus, ius transfundi concessimus, ac in possessionem legitimam tradidimus. Quod
Laboriosi Emptores et possessores, omni possibili modo, Molendinum dictum restaurare, onera
et contributiones Reipub. Missalia Ecclesiae Censumque Sexaginta florenorum Aulae Radzichowi
et Canonem Monasterio Nro, aliaque Superius in antenon privilegio expressa, quotannis solvere
et exequi debere Nobis de se obligaverunt. Ut autem firmiori fundamento Iuris, ac obliga-
tionis reciprocae innitierentur, dicti Emptores Thomas Sablonka, et Uxor eius Catharina Nobis
humiliter Supplicarunt, quatenus eisdem privilegium adivitalitium possessionis praefati Molendi-
ni huius, dare et concedere dignaremur. Nos vero iustis petentibus, minime denegantes, virtute
authoritatis Nostrae, qua fungimur, Uti veri Haeredes et Dni Bonorum praedictorum Wola Radzi
chowska, damus et concedimus, declarantes eosdem Emptores Thomam Sablonka et Catharinam
Uxorem eius, usque ad Vitae illorum tempora, in pacifica possessione conservandos esse, et con
servari pleno iure debere, a Nobis, posterisque Nostris. Obligando eos, omni qua par est dilligen
tia, Curae ac Vigilantia Molendinum praefatum restauraturos, in suoque meliori esse conservatu
ros Sub poena privationis omni praetensu iuris, adversantibus Nullitatis. In cuius rei fidem Manus
Nostras apponimus. Sigillumque Majus Conventuale, quo in talibus uti solemus, appendimus.
Dat. in Monasterio Nostro Tynecen. Anno Dni Millesimo Septingentesimo primo, Die 19.
Mensis Junij.

(Loco Sigilli)

Fr. Theodorus Zielonacki Ord. S. Bene.
Prior et Admor Tynecen. mpp.
Fr. Albericus Maislik Supprior mpp.
Fr. Adelphonsus Tremeski Praepositus Infirm. mpp.

Fr. Mellitus Chodorowicz Decanus mpp.
Fr. Aegidius Samarski Thesaurarius mpp.
Fr. Damascenus Jawski Mgr Novitiorum Concellarius mpp.
Fr. Franciscus Zalewski Cantor mpp.

Privilegium Na Woytostwo we Pogwizdowie pod Bochnia Panu Stanisławowi y Jadwidze Suchodolskim dane.

Franciscus Josephus Comes in Wisnicz et Jarosław Lubomirski S. R. I. Princeps, perpetuus Abbatiae Tynecen. in Temporalibus Administrator.
Fr. Theodorus Zielonacki Ord. S. Benedicti exempti Monrij Tynecen. Prior et Custos
Albericus Maislik Vicesprior. Adelphonsus Tremeski Decanus Praepositus Infirm. et Prov
isor Bonorum. Mellitus Chodorowicz Decanus, Beguinalus Miquelski Mgr Novitiorum
et Sacristianus. Aegidius Samarski Thesaurarius. Damascenus Jawski Provisor
Caeterique Fratres ad Sonum Campanae Capitulariter congregati.
Significamus praesentibus Litteris Nris, Visis et Sigillis quorum interest, consensisse Nos et per
misisse, consentireque et permittere, Generosis Adamo et Emerentianae de Magna Trzcianka
Jedlinskie Conjugibus Czernechowski Conjugibus Laboris, ut possint et valeant, de iure
suo iure suo adivitalitio super Sculteciam, Seu Agrum Sculteti alias Dworzyska, cum
Septem adiacentiis Agri, eidem Dworzyska adiunctis in Villa Pogwizdow Conventus Nri
Haereditaria condescendere, illudque in Personas Generosi Stanislai Na Suchodolach Su
chodolski

chodolski et Hedwigis Dobruckae coniugi[bus] L[egitimis] transfundere. Quamquidem cessionem et Iuris transfusionem intuitu mentionati [prae]dicti D[omi]ni Suchodolski ad quam Nobis et Conventui Nostro [prae]standa obligabitur, concessam, quae de consensu Nostro peragetur, postea[que] cora[m] Actis quibuscunq[ue] Regni Authenticis facta et recognita fuerit, Nos ratam habebimus, dictosq[ue] D[omi]nos Quaesitores in possessione [prae]dicti Sculteti seu Agri Dworzysko nuncupati, cum o[mn]ibus fructibus, proventibus, campis, sylvis, et emolumentis, Subditis eorumq[ue] laboribus, piscinis et pertinentijs Universis, horum nisi (...) et (...) Nobis excipimus, ut D[omi]ni Suchodolscii de sylvis ad dictum Agrum (...) sive Scultetiam p[er]tinentib[us] ligna nonnisi pro Suae (...) tate, id est pro suo foco, sive [pro] aedificatione, et restauratione tam aedificij, quam aliorum Subditorum necessaria; non vero pro venditione aut donatione aliqua excidere possint et valeant, [prae]terq[ue] nihil alias Nobis excipimus, sed prout [prae]fati Gen[eros]i Adamus et Emerentiana Sedeckie coniuges L[egitimi] vigore Privilegiorum suorum tenuerunt, habuerunt et possederunt, tenereq[ue] libre, et possidere debuerunt. Nos eum dictos Gen[eros]os Suchodolskie, ad extrema vitae illorum tempora, et quamvis illorum Superstitem et Supervenientem penes sua advitalitium [prae]fatae dictae Sculte tiae, Successoresq[ue] Nostri cum Conventu Nostro, conservabunt. Post decessum vero eorum Bona [prae]dicta Sculteti[ae] seu Agri [prae]diales Dworzysko nuncupati, ad Manum conventusq[ue] N[ost]ri, uti directorum Dominorum et Haeredum liberam dispositionem, pleno Iure, munda, libera, et nullis onerata Summis redibunt, uti propria. Insuper obligamus [prae]fatos Gen[eros]os Suchodolskie, ut in vim recognitionis directi Dominij N[ost]ri, quotannis Canonis loco, [prae]festo S[anc]ti Martini, Conventui N[ost]ro Tynecen[si] Florenos decem, absque additamento per manus Adm[inistrat]oris (...) absque dilatione, dilationeque omni Iure Canonico de Scripta Solvere tenebuntur; Salvis tamen in o[mn]ibus Statutis Iuribus Nostris et Superioritate N[ost]ra Haeredib[us] Super eandem Scultetiam Manentibus. In quorum fidem [prae]sentes Manibus N[ost]ris Subscriptas, sigillis N[ost]ro, et (...) communiri iussimus. Actum Datum in Monast[eri]o Tynecen[si] 20. Mensis Aprilis Anno 170(...)

Josephus Princeps Lubomirski Abbatiae Tynecen[sis] Perpetuus Admin[istrato]r. mpp.

(L.S.) Sigilli

Subscripti omnes qui supra Specificantur in Actis.

Praesentatio V[enera]bilis et R[everen]di Danielis Szysler Capellani Ill[ustrissi]mi R[everendissi]mi Ex[cellentissi]mi D[omi]ni Josephi Lubomierski com[m]endatarij (...) ad Ecclesiam Parochialem in Bonis Pogwizdow ad Ill[ustrissi]mum pertinentem.

Ill[ustrissi]mo ac R[everendissi]mo Ex[cellentissi]mo D[omi]no D[omi]no Casimiro a Lubna Lubienski D[e]i et Sedis Ap[osto]licae Gra[tia] Episcopo Heracleen[si] Suffraganeo, Canonico, Sede Vacante Ep[isco]pus Cracovien[sis] ac Ducatus Severien[sis] Vicario Administratori Nominato Culmen[si] Procancellario Regni, vel cuipiam alteri ad infra scripta potestatem habenti Debitum honorem et reverentiam.

Ill[ustrissi]me ac R[everendissi]me Ex[cellentissi]me D[omi]ne. Vacat ad [prae]sens Ecclesia Parochialis tituli (...) in Villa Pogwizdow Iuris patronatus et Collationis N[ost]rae D[omi]nij Cracovien[sis], morte et obitu olim R[everen]di (...) ultimi et immediati possessoris. Quae quidem Ecclesia, uti Collationis et Iuris patronatus Nostri esse dignoscitur, ita de

subsequenti aliû Pastore sollicitam Curam a Nobis exigit, quatenus eum Praesentemq. Eundem Nobilem et Rdum Danielem Szysler Actu Presbyterum, de Vita et Moribus, ac doctrina Nobis apprime Notum; huic oneri haud imparem, pro Iure Nostro, quod Nobis competit, Illmae ac Rdssmae Dni Vrae Praesentandum esse duximus, ubi quidem praesentamus, pro et cum eo petentes, ut eundem ad dictam Ecclesiam Parochialem in Pogorzdow instituere ac investire dignetur; eidemq. Curam Animarum, Administrationem Bonorum Spiritualium ac Temporalium, demum omnium ad dictam Ecclesiam pertinen. tradere et committere Velit, prout id ad Offm Illmae ac Rdmae Dnis Vrae pertinere dignoscitur. In quorum fidem Praesentes manibus Nris Subscribimq. Sigillisq. Nris communiri facimus. Dat. in Conventu Tynecen. Ord. Sti Benedicti Die 13. Junij Ao Di 1702.

Josephus Lubomirski (Locus Sigilli) Princeps et Abbas Tynecen.

Theodorus Zielonacki Prior et Custos. Albericus Stalhulik Supprior.

Privilegium pro Sculteti in Villa Abbatiali Zagorze. Gross Dno Josepho Zawadzki et Consorti eius, post fatai. Nobilis ac Gross Dnus [illegible] Kawowa. Anno 1702 Die 18 July.

Franciscus Josephus Comes in Wisnicz et Jaroslaw Lubomirski, Sri Rni Imperij Princeps, Dei et Apostolicae Sedis Gratia Commendatarius Abbas Tynecen. perpetuus.

Theodorus Zielonacki Prior et Custos. Albericus Stalhulik Supprior. Josephus Trzemeski Decanus, Senior Sr et Praepositus Infirmorum. Stellitus Chodorowicz Decanus, Praefectusq. Fabricae. Aegidius Szaniawski Thesaurarius. Damascenus Jaronski Cancellarius. Franciscus Zalewski Provisor Caeteriq. Prior et Frates Conventus Tynecen. Ord. Sti Benedicti ad Sonum Campanae Congregati.

Significamus Praesentibus, quorum interest, Universis et Singulis. Quia Nos Singularem habentes rationem Obsequiorum Generosi Josephi Zawadzki, non minori fide, et alacritate per annos complures Nobis praestitorum, et in futurum alacrius Consortiiq. praestandorum, eidem; et huicce inscribendae Consorti. .... Sculteciam in Villa Nra Abbatiali Zagorze in Palatinatu Sandomirien., Districtu Pilznen. consisten., post fata, Vita mortalis, olim Nobilis, ac Gross Dni [illegible] Kawowa dictae Sculteciis, ultimae et immediatae Possessoris Vacantem, ad Nos dispositionemq. Nram et Conventus Nri devolutam, dandam, et conferendam esse duximus (prout quidem, Iuribus Nostris et Monasterij Nostri Tynecen., ac Sttus Sedis Aplcae quibuscunq. Decretis Salvis in toto manentibus) damus et conferimus, Praesentibus Literis Nris cum omnibus eiusdem Sculteciae Censibus, Attinentijs, Universis Fructibus, Proventibus, obventionibus, Commodis, Utilitatibus et emolumentis, nullis penitus exceptis, ex antiquo spectan., tum Subditis Hortulanis, Inquilinis, eorumq. laboribus ac obedientijs, quae ex antiquo usu illis debentur, Aedificijs, Molendino, Lacubus, piscinis, Agris, pratis

Campis, pascuis, hortis, alijsq ex eadem Sculteria provenien. Sylvis etc Iurisdictioneq Iudiciaria, et obus Prorogativis Antiquibus ab Antecessoribus Nris, et Fratribus Nri Tyniecen. Sculteris concessis, Supra dicto Dno Iosepho Zawadzki, et cum Sua Consorte Legitima ad vitae tempore consequutam, cum Successoribus Nostris Tyniecen. immunes ac in pacificam possessionem habitam etc. super addito, quod Praefati Coniuges bona Dicta, Sive Sculteriam nullatenus locare, in vadiare, aut quoquo modo cuiquam cedere, Sine expresso consensu Nro, Nostrique Conventus Tyniecen. potenunt. Quinis Opera quilibet Reipubl. Zanacias edactione Decimas si quae dantur, Supportare tenebuntur, iuxta consuetudinem Sculterorum Sub nullitate Privilegij Praesentis. Aedificia, Si quae pro commoditate Sua fecerint, pro illis nullam recompensam quoquo modo, quidem a Nobis Conventuq Nostro audebunt sed post eorum vitae Nos Conventusq Noster Tyniecen Munda bona et libera in dispositionem Nostram valeamus recipere, absq ulla difficultate suorum Successorum, dimittere debebunt. Insuper, iuxta Naturam Praesentis Iuris Sculterialis in recognitionem Dominij Nostri, ratione Canonis, pecunias Coloni calis duodecim florenos quotannis ad Monasterium Nostrum Tyniecen. ad Manus Admodum Rndi Prioris pro Festo Sti Martini Epi et Confessoris persoluere mediante quietatione manuali eiusdem pro illius exsolutione omni ac Sumitatem obligati. In quorum fidem Praesentes Manu Nra Subscriptas, Sigillo Nro, et Conventus Nri Tyniecen. communiri iussimus. Datum Tyniecy. Die 18 Iulij: Anno 1702.

Privilegium Super Tabernam in Villa Modrzany Laboriosis Sebastiano et Reginae Gwozdziom Coniugibus Sencienc. 1702.

Iosephus Comes in Wisnicz et Iaroslaw Lubomirski Sac. Rom. Imp. Princeps Abbatiae Tyniecensis perpetuus Administrator.

Theodorus Zielonacki Prior et Custos, Albericus Maduli(?) Supprior, Ildephonsus Trzemeski Decanus et Praepositus Infirmariae, Mestitus Chodorowicz, alter Decanus, Bo. quinibus Myuieski Magister Novitiorum, Aegidius Szaniarski Thesaurarius, Damascenus Iaronski Notarius Capituli, Franciscus Zaleski Provisor, Caeteriq Patres ac Fratres Conventus Tynecen. ad sonum Campanae Capitulariter congregati.

Significamus praesen. Lris Nris quorum interest Universis et Singulis praesentium Notitiam habituris. Quia Nos post decessum Ioannis Gwozdz et resignationem Coniugis eius Tabernam Nram in Nostra Villa Modrzany ad Praedium Inferioris Liznice pertinentem Filio eius Laborioso Sebastiano Gwozdz et Reginae Coniugibus legitimis in Possessionem et Advitalitium pleno Iure devolvendum esse duximus, Uti per praesentes devolvimus, damus et concedimus, Vigore cuius Nostrae concessionis ac Iuris transfusionis praenominati Coniuges tam Laboriosus Sebastianus Gwozdz quam Regina Conges ltimi dictam Tabernam, cum omnibus eiusd Agris, pratis, Hortis et Coli. ficys, ac alys attinentys et pertinentys, seu Utilitatibus, fructibus, et emolumentis, punctis, clausulis, et conditionibus, nihil penitus excipiendo, aut amouendo, prout idem Antecessor eiusq Parens, tenuit in solidum, ad extrema Vitae tempora tenebunt et possidebunt, Vel alter eorum Superstes tenebit, et pacifice fruetur,

etur, nec non agris Cetmy nuncupatis antiquitus ad eandem Tabernam Spectari Item et pratum dictum Dzierzowska Łąka, et Agrum Hortulanid Wilczkowska in fundo et Hereditate Nostra praefata Maioris Hiznice consistentium prout ex antiquo ad eand Tabernam adiuncta fuerat. Nec non et alium Agrum desertum Troyczyska nuncupatum Una cum Prato eid adiacenti in Bonis eiusd Villae Modrzany Sitt pro certa quantitate Agrorum in Hereditate Nostrorum Bonorum maioris Hiznice in Campo dicto Powaba existen qui a Praedecessoribus Nris eidem Tabernae quondam adiuncta fuit per Antecessores Nros commutatum, damus, donamus, et conferimus prout Antecessores dicus tenuerunt et possederint. De quibus quidem Bonis Suprascriptis idem Sebastianus Gwozdz et Regina Coniunct eius Una ratione Census annui Viginti Marcas Monetae curren poloni Singulis Annis pro Festo Sancti Martini Nobis Successoribusq Nris Solvere et pendere quoad Vixerint tenebuntur, et erunt adstricti, ad Mensam Vero Fratrum Conbus Nri Tynecen pro eodem Termino Singulis Annis Marcam Unam, Item et Vecturas et revectiones duabus Vicibus in Anno Vinis locorum non tamen longius quam Viginti Milliaribus Nobis et Contui Nro peragere debebunt. Ab alys laboribus, oneribus et quibuscunq angarys praefatos Coniuges facimus liberos, et immunes. Onera tamen Regia si quae ysdem Bonis sint imposita, Item et publicas Contributiones Sine quavis tergiversatione reddere et expedire tenebuntur. Promittimus insuper pro Nobis et Successoribus Nris quod eand Sebastianum Gwozdz et Reginam Coniuges Unicos de praedicta Taberna et Suprascriptis omnibus adiacentibus, et ad Usum ac fructum ipsorum Spectan modo praemisso concessis, quoad Vixerint, Nos Successoresq Nri non amouebimus nec cuipiam amovere permittemus, imo easdem in pacifica Possone Bonorum Suprascriptorum ad extrema Vitae ipsorum tempora conservabimus, Successores Nri conservabunt. Post mortem Vero et de hac Vita decessum praefatorum Coniugum Bona Suprascripta munda, nullisq oneribus ac praetensionibus aggravata ad Nos Conuentumq Nostrum redibunt. In quorum fidem praesentes manibus Nris Subscriptis Sigillis Nris communiri iussimus. Datum in Monasterio Tynecensi Die duodecima Juny Anno Millesimo Sexcentesimo Secundo,

Josephus Lubomirski Princeps et Abbas Tynecen Perpetuus Administrator manu propria (Locus Sigilli)

Una cum Fratribus consentientibus (...)

Privilegium ... [illegible]

[illegible]

In Contrarium Suprascriptus Procurator Causæ, et quorum Supra Nomine, Sal„
uis quibusuis beneficijs Iuris et exceptionibq Suis Principalibq, et eorumdem Cæ„
nobio, illiq Subiectis locis competentibq, citra agnitionem eorum, quæ in principali
negotio, per rationes in figura exceptionis, Super non admittenda appellatione, plus iu„
re, tempore, neq termino Actus hodierni, et Actioni præsenti accomodata, ex aduerso
adducuntur, aduersus quæ primo generallia contra dixit. Saluis in Specie ad Singula
replicationibq, Suo loco opponendis, Nunc, quod appellationi, a Decreto Iudicij Consistori
alis Cracouien. Suis Principalibq non competentis, Sub die, Mense et Anno Supra citatis
lato, ad Tribunal præsens Apostolicum interposita, et respectiue admittenda Sit locus,
rationes infrascriptas, et etiam incidenter contra ex aduerso adducta, in vim replicatio„
nis intulit.

[P]rimam Sæpius, ac toties, Ordinario Cracouiensi, Suæ Iurisdictioni, Venerabile Monaste
rium Tynecense illiusq Monachos Ordinis S. Benedicti, in diuersis Causis et Actio„
nibus Subijcere intendente; Monachis Verò pro Suis, Suorumq locorum exemptionibq
decertantibus, dictæ Iurisdictioni reclamantibq, à contrarijsq Decretis, ad Tribunal
præsens Apostolicum, et Curiam Romanam appellantibq, illiusq Iudicij Ordinarij
Decreta, processusq, ex Iurisdictionis defectu, fauore dictorum Monachorum, im„
probata fuere, prout de his improbatis, Iudicium Tribunalis præsentis doctum fuit,
et apertè reuisis Iuribq, Priuilegijs, et Sententijs, pro parte Monasterij Tynecensis
contra Moniales Zwierzynecenses Ordinis Præmonstratensium, definiuit idem præsens
Tribunal, ad inscriptionem Causæ de qua agebatur, Sub die Mercurij quæ fuit 27.
Mensis Februarij et illiq lectionem Mensis eiusdem Anno 1692. Quales Actus iudici„
ales, processusq contra Suos Principales, coram illo Iudicio a Quo obseruatos, et Annis
ex post Subsequentibq, in præsenti Tribunali Apostolico, frequenter improbatos, multos
habemus, et de his Iudicium a Quo in Causa asserti impedimenti prætensæ Visitatio„
nis Capellæ Iuchouien. de qua in processu dum et quando ex parte Suorum Principa
lium, doctum fuit, omnino Iudicij fundamento Sublato, ex defectu Iurisdictionis, iuxt.
Bald. in Rubr. C. Si à non competen. Iudic. Iudicium a Quo ab ulteriori processu
in Causa hac abstinere debuit. Quod competens adinueniendo Suos Principales, ac
Religiosum et Adm Rndum Præpositum Iuchouien. ad appellandum de facto et iure
non tantum necessitauit, ut docet Scacc. de appell. quæst. 17. limit. 6. memb. 7. Nº
51. Sed etiam præbuit occasionem, de huiusmodi Decreti interlocutorij nullitate dicendi,
idem Scacc. loc. prox. citat. Nº 52. quam Iurisdictionem defectuosam, etiam Partiũ
consensq non dat. ita DD. in l. Extraneum ff. de appell. l. Priuatorum ff. de Iuris„
dict. omn. Iudic. imo hæc nullitas nunquam censetur exclusa, gl. fin. in Clem. de
Sequestr. poss. et fruct. Felin in c. Ex parte il. 2. de offic. Delegat. et in rubr. de for.
compet. Dec. cons. 8. Alex. consil. 72. Vol. 2. Ad hæc facit Bulla Leonis X. quæ
incipit. Sacrosanctæ Vniuersalis Ecclesiæ §. [illegible]
[illegible] 1515. [illegible]
[illegible] libr. 1. [illegible]
[illegible]tibus.

Nec pro subsistentia Decreti Judicij a Quo, ratio militat, quod Actor nunc Appellatus, prætenso possessorio Redintegrandæ, ad Visitandum Ecclesiam Tuchouiensem, et illius Capellas, coram illo Judicio processerit. Quo dato, non tamen concesso, quod de hac possessione Visitandi, Dnus Actor, nunc Appellatus fuerit deiectus, siue Spoliatus possessione prætensa Visitandi, forus Judicij a Quo non erat competens Juris Triumplius seu Dño Præposito, ita Cardinal. in Clem. fin. § fin. quem citat et sequitur Anton. Naldus qq. practic. Verb. Exemptio N° 4. quæ Cardinalis Sententia iuuatur ex Sacra Rota decis. in Nullius seu Aprutina Diœcesis Lunæ 26 Martij 1624. coram Dunozeto apud Tamburin. de iur. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] omnimoda jurisdictione [illegible] [illegible] Præpositos de dicto Monasterio, per electionem deputatos ab Anno 1450 ducentis quadraginta Annis et supra, continuo regitur, fuisse obseruatas, pro Dño Appellato Scribens, in octaua sua ratione dicat, aliquos Actus Visitationum producendo. Adhuc tamen non concludit, istam Ecclesiam, suosque Principales, siue Dnum Præpositum, fuisse ac esse, de Jurisdictione Ordinarij Diœcesis Cracouien. Ysdem Visitationibus, pro Dño Appellato productis, diligenter perspectis, non tamen probantibus in Exemptis, Visitationes istas fuisse factas, Authte Ordinariâ, sed Delegatâ Vigore Concilij Tridentini, Cuius initium in Anno 1545 die 13 Mensis Xbris celebrati Indicti sub Paulo III Anno 1542 XI Kalend. Junij sumptum fuit, finis uero habetur sub Pio IV Summis Pontificibus, istud Concilium in Anno 1563 VII Kalend. Februarij confirmante. Atque quod huiusmodi Visitationes præsumantur factæ Vi Concilij Tridentini, in antehac alijs, pro parte Appellata non Visis, neque productis, habetur decisum in Aquilana Jurisdictionis Veneris 30 Martij 1607. coram Pamphilio. quam decisionem per extensum refert Marchesanus Commiss. part. 1. de comm. app. in poss. Salu. §. 1. N° 33. fol. 980. citatam etiam in alia Theatina Jurisdictionis de Atessa Lunæ 17 Xbris 1612, coram Coccino Decano, quæ decisio apud Tamburin. loc. supr. citat. habetur 57. in cuius N° 8 dicitur. Visitationes, quæ non docentur factæ, ante Concilium, præsumuntur factæ Vigore Concilij. idem habetur in Aprutina Jurisdictionis, Lunæ 17 Martij 1607, et est apud Postium de manutenendo. decis. 598 N° 6. in cuius decisionis N° 9. assumptum pro Jurisdictione Ordinarij, quoad exemptas Ecclesias, non extendenda, dicitur. et super eo assumpto, stat decisio 313. N° 14. part. 9. recent. tom. 1. Vbi dicitur, Visitationem Episcopi factam iure Delegato, Ecclesiam esse illi subiectam, non probare. Quo supposito, Visitationis Delegatæ stante, Visitatione autem, circa Ecclesiam Tuchouien. iure ordinario, in alijs Ecclesijs Sæcularibus, non Vero Exemptorum Episcopo competenti, ab hac Ecclesia Tuchouiensi, etiam per agnitionem, pro Dño Appellato Scribentis, (ut legitur in ipsius ratione 1ma et cæteris) exclusa, habita. Non potuit, nec debuit, Judicium a Quo, fines suæ delegationis egredi. c. Cum olim. ubi Innoc. N° 2. et Abb. N° 3. x. de offic. delegat. Ipsum Dnum Præpositum, ad

Suum

Suum Judicium citando, Super PerIllustri Dño Appellato dato impedimento, de non Visi,
tando Ecclesiam Juchowien, Siue illig Capellam, de qua in processu, et contra Ipsum
Dnum Præpositum, ~~ad Suum Judicium citando~~ in respondendo, ut asseritur contumacem
Appellationem, a Decreto fori Judicis, quoad exemptos incompetentis, pro competenti aduo,,
centi, ad Tribunal præsens interpositam, ad censurarum extensionem procedere. Quippe
Jurisdictio Delegata ad unum finem, non debet extendi ad alium, ita Emmus de Luca
in Annotatt ad S. Concil. Trident. disc. 26. Nº 25.
Neq obstat, quod is idem Emmg de Luca de Jurisdict. et for. competen. ll. firmauerit disc.
17. Nº 2. Videlicet ad concessam Jurisdictionem seu Præeminentiam, censeri concessa, ea
omnia, sine quibg Jurisdictionis concessio, effectum suum habere non potest, nam ut ipse
Emmus de Luca eod. disc. Nº 5. ex Barbosa. de Offic. et potest. Epi. allegat. 74. Nº 4. refert.
Episcopi Jurisdictionem haberi restrictam, ad solum tempus Visitationis, nec eadem proten,,
ditur, nisi ad ea, quæ illam eiusq, obseruantiam concernunt. Ubi concludit Episcopum non
posse se ingerere, in Causis ordinariè seu accidentaliter occurrentibq, extra Visitationem
seu ipsig Visitationis Decretorum obseruantiam, prout nunc sumg in casu asserti impedi
menti, de non Visitanda Capella Juchowiensi Exemptorum, in quo casu PerIllris Dñg Actor
nunc Appellatus, si et quatenq ipsi assistit facultas Visitandi Ecclesiam Juchowien et ipsius
Capellas, ad Superiores Rssi Dñi Præpositi qui ipsum ad parendum, prout de iure cogerent
et non parentem punirent, recursum facere debuit. iuxt. Cardinalis et Valdi sup. citatt.
sententiam. Propterea, ubi secg factum est, et Jurisdictionem Ordinariam, Exemptis
non competentem, in eosdem Exemptos atq in Judicio contentioso, dum extendi Videmq,
locus est appellationi, imo de processg Judicij a qua nullitate, ex defectu Jurisdictionis, di,
cendi. Quod argumentum à fortiori procedit, in terminis c. In singulis X. de Stat Mo,,
nach. quod innouat Concil. Trident. Sess. 25. de Regular. cap. 8. iuxta quod c. In singulis.
Franc. Zypæus in suorum responsorum, de iure canonic. lib. 4. tit. de maior. et obedien.
infert, Visitatorem, non necessariò Comitem habere Jurisdictionem, uel executionem, ubi,
quæ corrigenda inuenerit, denunciare iubetur, Episcopo, et respectiuè Abbati seu Superi,,
ori, ut illi exequantur, Ipse Vero Visitator, exequi inuenta prohibetur, hoc seruari ipse
Zypæus dixit in exempto Ordine S. Saluatoris, ad illig cap. 20. Sed non absimile alle,,
gauit quoq, obseruari, ex præscripto Concil. Trident. Sess. 21. de reform. cap. 8. et Sess.
25. de regul. cap. 20. idem disponit in Constit. Leonis X. in ordine 20. quæ incipit Dum
intra eiusdem §. 3. relata apud Laur. de Peyrinis. Priuil. Regular. tom. 3. editionis
2dæ fol. 191. et seq. idem docet Abbas in c. Cum contingat. Nº 22. de for. competen.
Henriq. lib. 2. de Indulg. cap. 25. qui in Comm. litera X. multos citat, et ait, ita fu,,
isse declaratum à Sa Congregat. Videlicet, Regularem curam Animarum exercentem,
ac repertum deliquisse, ipsum, ab Episcopo non puniri debere; sed puniendum, iuxta
proprias Institutiones, tradere suo Prælato. Cui Prælato, et non Episcopo, obligatg est
quinque titulis, Videlicet ex Voto, promissione, traditione, et Jurisdictione Eccl̃astica,
nec non ex potestate politica, de quibg Suar. tom. 3. de Relig. libr. 10. cap. 6. Nº 5. et
cap. 11. Nº 17. ubi dicit etiam excluso Exemptionis Priuilegio, Regularem, non Episcopo

Sed Abbati obedire debere. Si itaq. executio, ut dictum est in Visitatione inuentorum, non residet circa Visitatorem, sed Superiorem Visitati, multomaq Judicium contentiosü ipsi competere debet, attentis Exemptorum Priuilegijs, et in ijsdem Visitandis, duntaxat Delegata Authte, non uerò alia habita. Et hanc Jurisdictionem Ordinariam siue contentiosam in Exemptos exercere Episcopum non posse, sine incursu censurarum appositarum, contra violantes exemptiones, docet Hiacynth. Zaynen prax. Regul. tom. 3. tract. 6. quæst. 37. No 1. Vbi No 2. hoc procedere dicit, etiamsi prætendatur exercer prætextu consuetudinis, nisi prius causa cognita et discussa in Sacra Congregatione. Et super hac Regularium exemptione à foro Ordinariorum, etiam in causis in c. Volentes de Priuileg. in 6. comprehensis, innouato in Concil. Trident. Sess. 7. de reformat. cap. 14. declarationes Congregationis Concilij, fauore Regularium prodierunt, quas confirmauit Paulus V. in sua Constitut. quæ incipit Religiosorum sub suaui &c. sub Datum Romæ apud S. Marcum die 24 Mensis Augusti 1607. quam de tenore suo referunt. Anton. Nalog quæst. practic. Verb. Religiosus fol. 501 et Zerolla post prax. Episc. in Mantissa Apostolicarum Constitutt fol. 229.

Hinc, et ex præmissis adductis, loca Sacri Concilij Trident. in rationibg 1ma 2da 3tia 5ta et 6ta pro PerIllustri Dno Appellato ex aduerso allegata, indebitè, nec aptè extenduntur ad forum contentiosum, et pro fori Judicij a Quo competentia quo ad Exemptos, ab eodem foro, adinuenienda: puniendisq Suis Principalibg, seu Adm Rndo Dno Præposito Juchouiensi, in foro illi exotico, ex causa impedimenti, de non Visitanda Ecclesia Juchouiensi, siue Capella, de qua in processu eidem Dno Appellato dati: A separatis quippe, quorum est diuersa ratio, non infertur de Vno, ad aliud. l. fin. et ibi not. Bart. ff. de calum. et l. atq. natales C. de probat. Veluti est Parochialis Juchouiensis, quam Regulares Professi Monasterij Tynecensis regunt. et illius Capellæ; sunt in Diœcesi Cracouiensi, ergo quoq. sunt, et respectiue est de Diœcesi, non sequitur Vt quia, hæc sunt in Exemptis diuersa, ita Abb. in c. Apostolicæ No 3. de donat. Felin. in c. graue col. 5. de priuileg. quos et Petr. de Vbald. citat et sequitur. Rot. decis. 207 sub No 2. part. 2. diuers. quæ Rotæ decisio confirmatur in alia Calaguritana Jurisdictionis 16 January 1604. coram Pegna Decano, atq. in eadem 16 Junij 1606 coram Ortembergo. Cum itaq. Monasterium Tynecense, illiqq. Membra, inter quæ habetur Ecclesia Juchouiensis, atq. illius Capella, non sunt, neq. est, de Diœcesi Cracouiensi, id est, non sunt, neq. est, de foro Judicij illig a Quo, propterea eiusdem Judicij a Quo Decretum, ex defectu Jurisdictionis, ipso iure nullum, de medio tollendum est.

2dam Judicium a Quo, interuentionem suorum Principalium, Venerabilisq. Monrij: Tynecensis, pro suis Juribg, quæ habet in Ecclesia Juchouien eiusdemq. Capellis, nec non supra Relsos et Adm. Rndum illig Ecclesiæ Præpositum Professum et Professos dicti Monasterij, Nomine, in Causa præsenti ritè factam, reijciendo, plurimum grauauit suos Principales et eorum Monasterium in illius Juribus. Idcirco istud Decretum, si aliquod dici potest, ab non habente Jurisdictionem latum, appellabile est.

Atq. eorum

Atq; eorum Nomine appellatio ad Tribunal præsens interposita, admissibilis est, ad quam interponendam et admittendam, sufficiebat ysdem Suis Principalibus Interuenientibq, quale quale præiudicium, ita Scacc. de appell. ex et cum ibidem citatt. quæst. 5. No. 71. cum suis extensionibq signanter No. 73. Multomagis dum ysdem Suis Princip.libq. certum, verum, per Religiosi Patris Præpositi Juchowien. euocationem, ad Judicium ipsi incompetens, ex parte Per Illris Dni Appellati, originaliter Actoris factam; Judicioq; a Quo, ad respectum eiqdem Dni Præpositi, ex causa impedimenti Visitationi dati, non obstante declinatoria fori illiq, opposita et probata, pro competenti adinuento, graue et magnum præiudicium Venerabili Monasterio Tynecensi paratum est, in capitibq sequentibq. Imo Quia æquè interest Patri, filium; Domino, servum; sicut, Abbati, Monachum; in Judicium vocatum, et generaliter ubiq; defendere: nec respectiue filius, sine Patre; servus, sine Domino, Monachus, sine Abbate; tam Actiuè, quam passiuè in Judicio comparere, seu ad illud vocari potest. Quam defensionem, Judicium a Quo, pro Relso Præposito Juchowien. i. Vnbli Monasterio Tynecen. interdicendo, illud, suo Professo in Votis et obedientia priuauit, adstringendo eundem Dnum Præpositum, ut parcat suæ Jurisdictioni, Decreto suo interlocutorio. Quod autem filij defensio, incumbat Patri, imo ad hanc illi præstandam Pater cogendus venit. habetur in l. fin. C. de Bon. quæ liber. et eundem Patrem pro filio appellare posse, scribit Ruginell. tract. de appel. §. 2 cap. 1. No. 73. quem citat Scacc. eod. tract. quæst. 5. No. 68. filiq uerò in Judicio etiam pro Patre ipso præsente stare, non potest. l. cum non solum §. 1. C. de Bon. quæ liber. docetq; Petr. Barboss. ad l. si longius §. si filiq famil. No. 5. ff. de iudic. Neq; potest constituere Procuratorem, siquidem exercitium suarum Actionum, ad Patrem pertineat l. 1. in fi. ff. de annal. except. Idem statuitur, et quidem fortius, de servo, cui etiam pro iniuria eidem facta, nulla actio competit suo Nomine, reputaturq, in iure Ciuili, pro mortuo, iuxt. Petr. Barboss. loc. prox. citatt. No. 82 et seq. Cuibus æquiparari Monachum, prout utiliq esse potest Monasterio, scribit Barth. Socin. in l. 1. §. per servum No. 11 et 12. ff. de acquir. uel amitt. posses. Innocen. in c. cum olim de priuil. Euerar. in sua topica in loc. à servo ad Monachum No. 1. et sequ. ubi No. 4. concludit. Actionem contra servum, aut Monachum delinquentes, non esse intentandam, sed contra Dominum, et Prælatum seu Abbatem, contra cuiq Euerardi distinctionem in No. 5. datam, dicitur; quod coram Abbate, habente Jurisdictionem Episcopalem, aduersq Monachum criminaliter esse procedendum, usq; ad pœnam degradationis, quam Abbas imponere, licet non exequi, potest. ita habetur decisum in Vna Burgen. Jurisdictionis S. Joannis in l'enere. 6 Martij 1598. coram Pamphilio, cuiq decisio refertur apud Tamburin. de iur. Abbatum in Croi ne 44. No. eiqdem 9. et hanc Jurisdictionem tangit competere Abbatibq, non Episcopis. Joan. de Liq. in Clement. ne in agro de statu Regular. Debebat itaq; Vnble Monasterium Tynecense, pro Dno Præposito Juchowiensi Interueniens, coram Judicio à Quo audiri, ex præmissis adductis, quibq iungitur Authoritas Farinac. lib. 4. criminal. quæst. 125. tit. 14. de homicid. part. 5. No. 321. et eiqdem Monasterij Nomine Appellatio ad Tribunal præsens Apostolicum interposita, admittenda est. Scacc. loc. quib. sup. No. 63. vers. Confirmatur secundo. Quæ auditio, siue defensio utilis et necessaria fuit Vnbli Monasterio Tynecensi

ad recognoscendum Dominum Præpositum, Illi suum, ex mutua obligatione: atq; ut et ipse Dnus Præpositq, potestati Vntis Monasterij Tynecen dominatiuè per abnegationem suæ Voluntatis illiusq; in Abbatem, et dictum Monasterium translationem, absolutè subiectq, sub alieno iudicio, non quærat suum Velle et nolle, quibq semel priuatus est, c. Nolo. c. Non dicatis. 12. quæst. 1. c. Nerui 13. distinc. c. Nullus, de elect. in 6. Sed in hac potestate dominatiua, et altera Iurisdictionis, recognoscat se esse, omnimodè subiectum dicto Monasterio. Nec refert, Dnum Præpositum Tuchouiensem, tenere quoq;, per sui Electionem, et confirmationem, ad complendum triennium, istiq Monasterij Tynecensis Prioratum in quo residet, Abbatis, pro tempore Commendati istiq Monasterij, tota Iurisdictio. Sylvester in sua Summa, Verb. Prælatq No 2. et alij, quos citat et sequitur Tamburin. de iure Abbatum tom. 2. disp. 1. quæsito 4. No 5. ac propterea Per Illrem Dnum Appellatum, coram eodem Dno Præposito, nunc et simul Priore, in casu præsenti, non potuisse agere, ad iustitiam ex eodem Dno Præposito consequendum; quia adhuc supra eundem Dnum Præpositum, sunt in eodem Monasterio Decani, est Definitorium, et insuper totum Capitulum, ad quod etiam recurritur ab Abbate, excessiuè Monachum corrigente, ita Scacc. de appell. quæst. 17. limit. 26. No 14. Non refert 2do quia Dnus Præpositus, siue Prior, et totum Monasterium Tynecense, illiusq; Membra, reguntur ab Illustrissimis et Revmis Dnis Nuncijs Apostolicis, in Polonia residentibq, non tantum ex vi Iuris communis, sed etiam ex vi specialis Commendæ istiq Monasterij in Spiritualibq, pro eo tempore Commendatæ Abbatiæ Monasterij Tynecensis, ad quem Illmum ac Revmum Dnum Nuncium feliciter modernum, si non ad Decanos, et Capitulum prædicti Monasterij, Per Illustris Dnus Appellatus, pro iustitia in casu præsenti administranda, recurrere debuit, non autem iura, priuilegia, et Iurisdictionem Monasterij Tynecen, per euocationem Dni Præpositi, ad forum illi incompetens, violare. Et Ordinariq seu Iudicium a Quo, in commissa super Regulares, Illmo Dno Nuncio Apostolico, sese ingerere non potuit neq; potest. ita Emmus de Luca de Regularib. disc. 1. No 32.

2do. Iudicium a Quo, grauauit Monasterium Tynecense; faciendo, ab omni eiusdem Monasterij Iurisdictione, eximi Dnum Præpositum, et alios Relsos, circa Ecclesiam Tuchouien, de licentia suorum Superiorum residentes, et eosdem subijci Per Illri Actori, etiam quo ad internam Visitationem, dum iuxta eiusdem Per Illris Actoris, nunc Appellati petita, iniunxit Præposito Citato, in Vtriusq; Visitationis directam responsionem, quam internam, siue personalem Visitationem, Episcopis, quo ad Regulares fuisse commissam, nullibi inuenimq. Non 1mo hæc inuenitur in Concilio Tridentino. Sess. 7. de reform. cap. 8. ab aduerso scribente citato, quod expressè loquitur, Ordinarios tanquam Delegatos teneri Visitare Ecclesias, quomodocunq; exemptas, quo ad curam Animarum, ne debitis Officijs defraudentur; nihil autem disponit de interna Visitatione

Regularium

Regularium, imo etiam Exemptorum Ecclesias in quibg Cura Animarum per Regulares Sacerdotes exercetur, visitare Episcopis permissum haberi Sa. Congregat. Concilij ad supra citatum locum No. 1. et 2. negauit, iuxta tritam Regulam, quod inclusio Vnig, infert exclusionem alterig l. cum Prætor in princ. ff. de iudic. l. Maritus de procur. Actusq; restrictus ad unum tantum modum, non valet alio modo, Rotæ decis. 366. No. 29. part. 1. diuers. Et idem declarat Sa Congregat. Concil. ad eiusdem cap. 9. Sess. 24. de reformat. No. 3. ac passim in cæteris locis, eiusdem Concilij Trident. Neq; hoc ipsum dispositum habetur, in eiusdem Concil. Sess. 21. de reform. cap. 8. ab aduerso in ratione 2da citati, in quo, aperte Visitatio Regularium interna, Episcopis tanquam Delegatis prohibetur, in versu. Et si in eis vigeret obseruantia Regularis, prouideant Episcopi Paternis admonitionibg, vt eorum Regularium Superiores, iuxta Regularium instituta, debitam viuendi rationem obseruent, et obseruari faciant, et sibi subditos in Officio contineant, ac moderentur. Facit pro quauis Iurisdictione Ordinarij Diœcesis quoad Regulares excludenda. 1mo Mare Magnum Sixti IV. quod incipit. Regimini fauore Minorum, in vers. Et ne prætextu Constitutionis Innocent. IV. quæ incipit Volentes, et in versu, Aut in personas domos &. relatum a Confettio in Collect. Priuileg. fol. 43. Facit Constitutio Bonifacij VIII. fauore Eremitarum S. Augustini, inchoata, Sacer Ordo &. in qua post concessam omnimodam exemptionem, sic fatur. ita quod nec Locorum Ordinarij, nec alia quæuis Persona Ecclesiastica in vos, et Ordinem, personas, Ecclesias, Oratoria, domos &. ut pote prorsus exempta, possint excommunicationis, suspensionis, et Interdicti, promulgare sententias, vel alias, iurisdictionem seu potestatem aliquam exercere, et in hac Decretum ponitur irritans, in contra facientes Quarum Constitutt. mentionem facit, Chassaing. priuil. Regul. tract. 2. cap. 3. prop. 1. sub versu. Hoc autem Ius Visitandi &. et Constitutionis Pij V. quæ incipit. Et si Mendicantium &. cuig tenorem referunt, Confettig loco quo supra fol. 243. et Peyring priuileg. Regular. tom. 3. edit. 2. fol. 268 publicata Anno 1567. 17. Kalend. Iunij, in qua, post grauamina ab Ordinarijs, data, Regularibg repetita in eiusdem §. 19. iuxta eiusdem Peyrini regestrationem fol. 268 et seqq. ibi. Neq; etiam Episcopi, se intromittant vllo pacto, aut aliqua ratione, in gubernationem Conuentuum, tam Fratrum, quam Monialium, et illorum correctionibg, sed omnia ad correctionem et gubernationem Fratrũ aut Monialium, eorum Generalibg, ac Ministris, seu Prouincialibg, uel alijs Eorum, aut Earum respectiuè Superioribg, omnino relinquantur &. Accedit pro hac omnimoda Regularium exemptione declaratio Congregat. Concil. Trident. relata a Quaranta in Summa Bullarij. Verb. Confessor. Vers. Tertio fol. 190. Vbi dicitur. Ordinarij in cognitionibg Causarum Fratrum Mendicantium, tam ciuilium, quam criminalium, minimè se se ingerant, pariter nec in Visitatione eorundem Fratrum, uel Ecclesiarum suarum, nisi quatenus eis, per Conc. Trid. Decreta conceditur. Accedit deinceps cæteris

ris adinterim prætermissis, declarationis et confirmationis Priuilegij fori Relsõrum Regul. etiam in Causis in c. Volentes, de priuileg. in 6. comprehensis, ab Ordinarijs Exemptorum Bulla Pauli V. quæ incipit, Relsõrum sub suauig quam referunt Naldus. qq. practicab. Verb. Religiosg fol. 501. et Zerola ad prax Episc. in sua mantissa Constitutt Aplicarum fol. 229. publicata Romæ 24 Augusti 1607. quæ Constitutiones et Bullæ vigent in suo vigore atq Innoc. IV. dicta Constitutio. Et si mendicantium, quod fuerit reducta ad terminos Juris, et Concil. Tridem per Gregor. XIII. Bullam. quæ incipit. In tanta, relatam à Quaranta in Summa Bullarij. Verb. Priuil. Regul. fol. 410. certo sciri non potest, cum et alij dicunt, quod hæc Constitutio, In tanta, non fuit sufficienter promulgata, nec in praxi recepta ita Henriq. lib. 7. de Indulg. cap. 24 No 8 Thomas à Jesu. de procur. omn. gent. sal. libr. 12. cap. 8. tit. Sequitur collectio. quos et alios citat Peyring, super Constitut. Innoc IV. 2. not. et Nauarrus qui fuit Pænitentiarig et Consultor Gregorij XIII. in suo manuali Confessarior. Miscel. 6. cap. 27. in fi. sic ait. Quoniam verò promisimg inserere hic tenorem cuigdam Bullæ fel. record. Pij V. et moderationis eorum, de quibg in subiecta Gregorij XIII Bulla, si exiret; interea, quæ quià non exiuit, solam hanc subijcimus, prout supra etiam promisimg. Maiora his addit Peyrin. loc. prox citatt. super huig Bullæ Gregorij XIII. non publicatione, ex euentu eigdem Pontificis mortis, et superaddit rationes, pro non reuocanda hac Constitutt. Innoc IV. Chassaing. tract 1. cap. 5. prop. 6. No 2. fol. 71.

Hæsitanti fortè exaduerso scribenti, quod dictæ Constitutiones, et Bullæ præcitatæ loquantur de Ordinibg Mendicantium, non verò Monachorum. Respondetur. 1mo. Quià hodie Monasteria Regularium, ferè omnia, siue directè ipsis competant Priuilegià, siue indirectè, per participationem et communicationem, in ijsdem Priuilegijs, ab Ordinariorum Jurisdictione, sunt exempta, et consequenter habent hodie, pleno iure, quasi Episcopalem, in seipsis Jurisdictionem. ita Barbos. de Offic. et potest Eppi alleg. 105 No 3. et seq. De indirecta Priuilegiorum communicatione, et quod hæc procedat in multis, signanter in immunitatibg, exemptionibg, indultis, cæterisq alijs, quæ Professioni et Statui Communicantium non contrariantur, et de quibg scribit Archangelus Romanus Benedictinus de Priuileg. Religios. et non. Religios. lib. 2. cap. 3. immorari ampliùs non conuenit, de directa verò exemptione Monachorum, inter alios S. Benedicti, qui, Religionis Christianæ occasum per Occidentem, suo Ordine solatus est. et ex cuig stirpe, adhuc ante Concilij Constantiensis sub Urbano Papa eius Nominis II. 1094 celebrati tempora, prodierunt Abbates 15074. doctrina et virtute insignes, Summi Pontifices XVIII. Cardinales 184. Archiepiscopi 1564. Episcopi 3512. Catalogo Sanctorum adscripti 5554. Chassaing. attestante tract. 1. cap. 3. Vers. Longè post S. illiusq Regulam profitentes, et ab hac descendentes Congregationes, apud Tamburin. de iure Abbatum tom. 2. disp. 24. quæst. 5 numerantur 85.

Inter quas

Inter quas, refertur Cluniacensis, incepta Anno 910. etiam Ultra mare, atq; in terra Sancta, iaciens sua fundamenta, idem Tamburin. prox. citat. loc. No 14. à quâ Monasterium Tynecense, originem suam sumpsit, Anno 1044. illud in recompensatio nem Professionis suae Monasticae, in Cluniaco emissae, Casimiro Rege Poloniae, in censu Villis fundante, accersitis ex eodem Caenobio Cluniacensi, duodecem Monachis, quorum primus fuit Abbas Aaron Monachus, post ad Archiepiscopatum Cracouien. promotus, sic attestante Aenea Sylvio, in corpore Polonicarum rerum, tom. 2. lib. 2. cap. 14. Vers. in memoriam, summo expost Pontificatu insignito, nominato Pio II. Quod Monasterium Cluniacense Priuilegijs exemptionis gaudere, adhuc sub Gregorio VII. in Synodo Romanae fidem extare, apud Baronium in Annal. post tom. 12. in appendice tom. 11. ad Annum 1079. celebrata, scribit Augustin. à Jesu Maria Carmelita. Priuil. omn. Verb. exemptio fol. 307. Et de huius totius Ordinis Cluniacensis exemptione, ab Ordinariorum Jurisdictione speciali per Clementem IV. Anno 1265. die 2da Nouembris data, meminit Barbosa. Jur. Uniuers. Ecclesiastici lib. 2. cap. 12. de Monaster. et Relig. domib. No 26. cuius exemptionis Priuilegij, in parte per extensum, refert Tamburin. tract. quo supra tom. 1. disp. 15. quaest. 4. sub. No 2. De hac Cluniacen. Monasterij exemptione, etiam in Visitando eorum Ecclesias, quibus inest cura Animarum Saecularium, disponitur in Concil. Trident. Sess. 25. de Regul. cap. 11.

Cum itaq; Monasterium Tynecense, profiteatur Regulam S. Benedicti, iuxta Cluniacenses Regulas, et sub ijsdem perpetuo viuat, aeque hac exemptione eosdem Monachos gaudere concludit, et authoritatibus firmat, Chassaing. tract. 1. cap. 3. propos. 5. sic. Priuilegia concessa uni Ecclesiae, Conuentui, uel Personis in Dignitate uel Officio existentib. et caeteris eiusdem Ordinis Ecclesijs, Conuentibus, et Personis, aliorum Ordinum, qui cum ipsis Priuilegijs participant, communicantur. Deinde Monasterium Tynecense in omnium Priuilegiorum et Indulgentiarum tam Spiritualium, quam et temporalium communicationem, Congregatio Cassinen. in Capitulo Generali Perusij die 8 Maij Anno DD. CL. celebrato, recepit et eosdem Monachos, pro Confratribus et Filijs, perpetuo haberi agnouit, cuius receptionis et agnitionis sumptum exhibetur sub litera A. quâ stante Priuilegiorum communicatione insistendoq; Cassinensium exemptioni plenariae, ab omni Ordinariorum exemptione, de quibus Barbos. supra citato loco No 27 loquitur, et cuius Priuilegij Bullam, quae incipit. Regularem vitam &. per Eugenium IV Cassinensibus concessi, quoad exemptionem omnimodam, in extenso refert Tamburin. in prox. citat. loc. No 3. fol. 137 integram verò per extensum refert. Emman. Roderic. Collector. Priuileg. fol. 70. col. 2. Bulla eiusdem Eugenij 10. inferendum quoq; est, et Tynecenses ijsdem Priuilegijs gaudere, ubi in omnibus et per omnia, eadem Causa et finis quietis Vitae Regularis, in Tynecensib. resideat, qui et quae in Cassinensium Caenobio, ad illud eximendum inuenta fuerat. Quippe ubi eadem est ratio et aequitas, ibi quoq; debet esse eadem Juris dispositio l. illud. ff. ad l. aquil. et l. A Titio ff. de Verb. oblig. de qua communicatione et extensione Priuilegiorum loquitur Lezana in summa qq. Regul. tom. 1. cap. 5. No 17. et tom. 2. cap. 1. No 52. ubi Bullas PP. super eo citat.

Adstipulantur exemptioni reali ac perpetuæ, pro Tynecensibus et illorum Monasterio atque Membris, exaduerso citatæ Bullæ, in quarum Bulla Gregorij IX. Sub Datum Perusij VIII. Kalend. Iunij Anno 1229, Specificatæ sunt Ecclesiæ, Capellæ, Bona et possessiones, in Specialem protectionem B. Petri, et Suæ Sanctitatis (quod et cæteri Pontifices fecere) assumptæ, cum Specificatione etiam Oppidi Tuchow expressè legitur. Quibus Verbis. Suscipimus in protectionem Beati Petri et Nostram, eximi ab Iurisdictione Ordinariorum, Regulares, docet Mandos, in prax. de Signat. Iust. tit. Exemptiones Vers. de clausul. Priuil. quam clausulam, etiam operari, sic exemptos non posse se Subijcere Ordinariorum Iurisdictioni, ex Seraph. decis. 595 N.o 7. docet Laurent. de Peyrinis, circa Constitut. Vnic. Iulij III. N.o et not. 1. Sed esto, ut forte exaduerso Scribens, in Sua ratione 7ma prætendit, quod per Solam protectionem non inducatur exemptio, tamen adhuc, hæc protectio operatur, quod Exempti, non à quoquam, siue etiam Ordinario, sed tantum à Papa, seu ipsius Legato à Latere, excommunicari, suspendi, aut interdici possunt, ita Emman. Gonzal. in c. Ex parte N.o 2. de priuil. et ab ipso citatus Chassaing. tract. 2. cap. 2. prop. 1. in Vers. Quod usu Ecclesiæ quod inductum, firmatur in c. Veniens, iunct. gloss. Interdici. de Verb. Signific. in 6. Vnde Iudicium à Quo nulliter contra Dnum Præpositum, seruauit processum, usque ad gradum excommunicationis. Bulla nihilominus eiusdem Gregorij IX profundius inspecta, in ea legitur exemptio Tynecensium, ab Ordinariorum potestate, Siquidem non nisi ijsdem Tynecensibus facultas datur, adeundi Ordinarium pro Sacramentis, in Vers. eius Bullæ, Chrisma Vero, oleumque ita Seraphin. in decis 1025 N.o 7. Multomagis hæc eadem exemptio ab Ordinariorum potestate, ex eadem Bulla elicitur in Vers. Præterea omnes libertates, immunitates, et exemptiones, à Prædecessoribus Nostris Romanis Pontificibus, Ordini Vestro concessas, Authte Aplica confirmamus, et præsentis Scripti Priuilegio communimus, Non itaque attenta Cluniacensis Ordinis, de quo est Monasterium Tynecense, absoluta exemptione supra citata, amplius dubitandum Venit, Monasterium Tynecense, non esse exemptum, ab Ordinarij Cracouiensi, quauis potestate et Iudicio. Inferenti Vero exaduerso in eadem ratione 7ma Videlicet Tynecenses non posse prætendere exemptionem, ideo; quia non sunt redacti in Congregationem, atque super eodem suo illato, ad illud firmandum citanti Fagnanum in c. Volentes, de priuil. in 6. Super quod c. Volentes Commentarium suum Fagnanum dedisse, Vltra quinque Decretales, eadem Commentaria non extendentem, nullibi legitur. Cuius illati exaduerso Scribentis, Verius fundamentum reperitur. in c. In Singulis X. de Stat. Monach. innouato per Concil. Trident. Sess. 25. de Regul. cap. 8. respondetur: Quod huic Conciliari dispositioni intra Tynecenses satisfit, dum et quando singulis triennijs, Vocatis de locis particularibus, huic Cænobio Generali Subiectis, qualia sunt, Abbatia in Trokj Diœcesis Vilnensis, Abbatia Orlouiensis in Silesia, Præpositura in Koscielna Wies, et Vnicziouiensis Archidiœcesis Gnesnensis, Præpositura Tuchouiensis Tynecensis et Skauinensis Diœcesis Cracouiensis etc. Retsis Professis istius Cænobij Generalis, Capitulum Generale celebratur, et quæ sunt corrigenda et reformanda

corriguntur

corriguntur et reformantur. Prior Cœnobij Generalis, Custos, Decani, cæteriq; Officiales aliorumq; locorum Præpositi eliguntur, ab Administrantibq Bona Cœnobij istiq, et locorum particularium rationes exiguntur, audiuntur, et in Vniuersum, ea, in eodem Suo Capitulo peraguntur, quæ peragere Congregationes aliarum Religionum consueuerint, proptereaq; istud Capitulum, quod cæteris dicitur Congregatio, alijs vero, ut in Germania nuncupatur dicta, ut aduertit Lezana in Summa qq. Regul. tom. 2. cap. 12. No. 1. quem et alios citat et sequitur Emman. Gonzal. in Notis d. c. In Singulis No. 2. de Statu Monach. Sic quolibet triennio ex principali, et particularibq locis, in unum, ad præmissa obseruandum et peragendum legitimè conuocatum, non in aliquo contrariatur dispositioni Conciliari, in loco proxime citato. Itaq; necessario concludendum venit, Monachos Professionis Cœnobij istiq Tynecensis esse reductum, seu perpetuo manere iuxta Suas Regulas, in Congregatione, et idcirco non subiectos Iurisdictioni Ordinariorum Diœcesum. Et quod Congregatio in Regula S. Benedicti cap. 64. sonet, seu significet singularem cuiq; Monasterij Conuentum, decisum est in Vallisoletana Præeminentiarũ Lunæ. 24 9bris 1603. coram Pamphilio Decano, quam decisionem refert Petr. de Murga in appendic. commentar. Super Constitutiones Apostolicas, decis. 11. No eigdem decis. 6. Vbi citatur c. Abbatem. il. 1. et 2. 18. quæst. 2.

Igitur pro Monasterio Tynecensi, exemptionibq contra ex aduerso Scribentem, et istud Monasterium Subesse Iurisdictioni Ordinarij adinueniri, nitentem deductis, stantibus; Sublataq; proinde eadem Iurisdictione, et hinc Visitationis Actu, præcipuè ad Iurisdictionem Spectantis, iuxta quam plurimas Rotæ decisiones citatas in annotatt. ad Burati decis. 504. No. 12. Gratian. discept. forens. cap. 212. No. 36. huiqmodiq; exemptionem ad Ecclesiam Regularem in Tuchow ipsiusq; Capellas, extendi debere ex sequentibq infertur. Imo. Quia ut supra dictum est eigdem Tuchow, in supra citata Bulla Gregorij IX. fit expressa mentio, in protectionem et Ius B. Petri et Romanæ Ecclesiæ, simul cum Monasterio Tynecensi assumptæ, omnes libertates, immunitates, exemptiones, a Summis Pontificibq Ordini Benedictino concessas, confirmantis. Quapropter, ubi in eadẽ Bulla exprimitur, et comprehensa inueniatur Tuchow, ipsam, ysdem quoq; Priuilegijs et exemptione, gaudere Voluit Sanctitas Sua, quibq et quâ gaudet Monasterium Tynecense et Ordo Benedictiq, pro quo facit c. Cum Capella iunct. gl. X. de Priuileg. et est elegans Guidonis Papæ decisio, Grationopol. 439. quæ incipit. Princeps concessit. 2do Quia in eadem Tuchow cæterisq; Bonis, eidem Tuchow circumcirca adiacentibq, quâ proprijs, Abbas et Monasterium Tynecense, in Parochianos quoq; Ecclesiæ Tuchow Iurisdictionem temporalem habet, eandemq; Actu exercet. Sequitur, ex Seraph. decis. 1667. No 2. eandem Ecclesiam, etiam in cura Animarum, fuisse ac esse immunem, a visitando per Episcopum, et ita quoq; refert Aldan. in compend. canon. resolutt. libr. 2. tit. 8. No 41. decisum fuisse in Theatina 7. 9bris 1620. et in alia sub die 17 Iunij 1627. quem Aldan. citat et sequitur Barbos. in Collect. DD. super cap. 11. Concil. Trident. Sess. 25. de regul. No 15. Id ipsum innuit Concil.

eod. loc. citato. in Vers. Excepto Monasterio Cluniacensi &c. et exceptis etiam &c. itq; alijs Monasterijs seu domibus in quib. Abbates, aut alij Regularium Superio res, Jurisdictionem Episcopalem et temporalem in Parochos et Parochianos exercent. Huic Sententiæ se subscribit Emman. Roderic. quæst. canonic. tom. 1. quæst. 36. artic. 4. Hoc ipsum Juribq positiuis firmatur in Burgen. Jurisdi,, ctionis Veneris 16 Xbris 1594. coram Orano No. 3. ibi sic dicitur. Abbas in locis pleno iure sibi subiectis habet Iurisdictionem Episcopalem, vel quasi, locaq; sibi subdita dicuntur extra Iurisdictionem Episcopi, et faciunt Territoriũ separa tum, qua decis. est. 100. ad Farinac lib. 1. Consill. ex qua decisione, et altera eti am Burgen Jurisdictionis Veneris 18 Aprilis 1595. coram eodem Orano in eaq,, dem decis No. 2. inter centurias 9. a Farinac. relatæ in ordine 165. elicitur. Vi,, delicet Territorium propriũ habere, vel pleno iure subiectum, à pari procedere. Sub Territorij autem et districtq Appellatione, venire proprietates, docet Barboss. ex ibidem DD. citatis de appell. Verb. iur. signif. appell. 261 No. 4. plenum autem Jus in Oppido Tuchow, Villis, et Pagis, Monasterium Tynecense, et illiq Abbatem ha,, bere, non quisquam Diœcesanq Cracouiensis negabit, attenta itaq; proprietate, pos,, sessioneq; supra specificatorum Bonorum, et Regularis Vitæ, Ecclesiam in Tuchow Regentium, in et de Monasterij Tynecen. Professorum, eidemq; Monasterio, in omnibq et per omnia subiectorum, ad eandem Ecclesiam in Tuchow, per suos Superiores, ordinatione concludendum est, Ordinarium Diœcesis Cracouien. dictam Ecclm Tuchouien. Visitandi Jure carere, quod Abbati, et Superioribq Monrij Tynecen. debetur et competit, in terminis, Concil. Trident. cap. 20 Sess. 25. de regul. cum ibidem declaratione No. 1. et alijs declarationibq ad cap. 8. Sess. 7. de reform. ap,, positis, sub No. 1. et 2. in quibq Ecclesiarum, quas habet Abbas. S. Benedi cti, in Diœcesi sitas, Visitatio Episcopo conceditur, si modo in eis, Cura Anima,, rum exerceatur, per Sacerdotes seculares, quæ modificatio conditionata, Episco,, pum ab Ecclesijs Visitandis excludit, in quibq per Regulares cura Animarum exercetur, iuxta Vulgatam Regulam, inclusio Uniq dat exclusionem alterius l. cum Prætor in prin. ff. de iudic. et l. Maritq ff. de procur. Id ipsum ad cap. 9 Sess. 24. de reformat. declaratur sub No. 3. ibi Abbates Regulares, et ibi sola Benefi,, cia Sæcularia exempta, non autem Regularia, ex Vi huiq Decreti ab Ordina rijs Visitari possunt, et ad cap. 8. Sess. 21. de reformat. ibi. Per Vim huiq Decreti licet Episcopo, Visitare omnes Ecclesias, etiam Regularibq subiectas, dummo,, do illarum Ministri sint Sæculares, et sic in his et alijs Conciliaribq locis, in quibq Tridentinum disponit de exemptis per Ordinarium Visitandis intelligi debere de Ecclesijs exemptis Sæcularium Sacerdotum, non uero Regularium, quarum et quorum Regularium, Abbates sunt Ordinarij sicut Episcopi Sæcularium, ita communiter tenent DD. in c. Decernimq Vers. et glos. Ecclesiarum Prælati x. de iudic. et constat ex Trident. cap. 5. Sess. 14. de reform in Vers. Et coram

Episcopo

Episcopo, uel alio Superiori Ordinario &. dictio enim Alio seu Aliorum
est similium implicatiua et explicatiua, ut habetur, in decisionibus 43. et 44.
registratis apud Tamburin. de iure Abbatum post tom. 3. ita quoque Paris de re,,
sig. lib. 3. q. 11. No 20. docet Concilium nominans Ordinarium, non solum Episco,,
pum sed et alios intelligi debere, explicatius Barbosa lib. 2. Vot. 57. No 5. ait videlicet
Ubi Concilium Trident. voluit, ne sub aliqua eius dispositione comprehendantur Præ,,
lati inferiores, uel eosdem expresse exclusit. ut fecit Sess. 14. de reform. cap. 12. ibi.
In casu autem &. uel cum aliqua dictione taxatiua Episcopos inclusit, ut fecit cap.
20. ibi. Ad hæc causæ criminales &. Sess. 24. de reform. Prælatos itaque exemptos, pos,,
se ea omnia agere, quæ competunt Episcopo, in sua Diœcesi, præter ea, quæ sunt
Ordinis, recte concludit Riccig part. 4. resolutt 110. No 3. Super qua re sive pro,,
posito, latius scribit Emman. Roderic. qq. canonic. et Regul. tom. 1. quæst. 36.
per totum et Chassaing. tract. 2. cap. 3. propos. 1.

Nec contra Imo facit. Quod circa Ecclesiam Puchovien non est formalis Conventus,
sed paucitas Monachorum, in quibus non viget Regularis observantia, iuxta ex aduerso
scribentis in 2da 3tia et 5ta rationibus, assertionem, nimis affectatam. Ab observan,,
tia etenim incipiendo, de hac non observata, Religiosi Puchovienses calumniose tor,,
quentur, illis unquam improbabili. Quos subiectos Regulæ, in votis substantialibus
et observantiæ accidentali, semper fuisse ac esse, optime novit Cænobium Tynecen,
cui soli, et eiusdem superioribus incumbit, priusquam Episcopo ut supra dictum est,
ex Concil. Trident. Sess. 21. de reformat. cap. 8. in fi. de hac inobservantia inquire,,
re, vel si hanc inobservantiam infert ex aduerso scribens quod circa eandem Eccle,,
siam, met tertius Præpositus resideat, in quo supposito fallitur, quia met quintus
resideт, adhuc tamen ipse, etiam cum opinione Pauli Fusc. de Visit. libr. 2. cap.
15. No 47. docentis. ibi observantiam Regularem, non inveniri: Ubi unus vel duo
Monachi servantur, non procedit, quia Monasterium dicitur à Monos, alias
Latinis singularitate unius Monachi, ita Isidor. in frag. de Vita Monast. cui favet
Bellarmin. Ledesma, Valentia Peyrin, citati a Donato Laypen. in prax. Regular
tom. 1. part. 2. tract. 13. quæst. 07. No 2. allegante quoque l. Sicut §. Ult. ff. quod cuiusque
Univer. nom. multominus procedere debet, dum quinque Monachi cum suo Præpo,,
sito Presbyteri circa eandem Ecclesiam perpetuo resident, et aliquando plures,
pro necessitatis exigentia, inveniuntur, ita, ut quoque Bulla Instaurandæ & In,,
nocentii X. in 3tia ratione contra scribentis, ad præsentem casum et Causam,
inallegabilis de suppressione parvorum Conventuum, disponentis, Ultra Italiam et
Insulas sibi adiacentes, non extensa, ut ex eiusdem Bullæ tenore patet, et cuius
Usus ad Polonorum supplicationem non est prorogatus, testante Fagnano ad c.
Relatum sub No 61. in vers. Verum Sanctitas Sua &. x. de Cler. vel Monach. Locus non sit,
ad effectum per Episcopum visitandi eandem Ecclesiam in Puchow, stante tanto

numero Monachorum, iuxta doctrinam eiusdem Fagnani, in eodem c. Relatum sub N.o 73. cum Ecclesia sua et populo, Abbati, et Superioribus Monasterij Tynecen. subiectorum. Sublato itaq usu, et extensione Bullæ Instaurandæ § quoad Regulares, intra Poloniam, non concessa, remanemq in terminis c. Quod Dei timorem. c. Monachi iunct. glos. verb. Parochiales x. de Stat. Monach. c. in Parochia 16. quæst. 1. in quibus Canonicus Regularis, assumpto socio, si commodè assumi potest, alias ipse solus: Monachus verò iuncto socio, Ecclesijs etiam Parochialibus, præfici possunt. Id ipsum innuit Concil. Trident. Sess. 14. de reform. cap. 11. à contrario sensu sumptum, qualem sensum obseruasse Rotam in vna Papiensi die 6. Martij A.o 1578 et Sacram Congregationem 1602. attestatur Emman. Gonzal. in d. c. Quod Dei timorem N.o 3. videlicet Canonicos Regulares ad alium Ordinem non translatos esse capaces Beneficiorum, etiam Curatorum Sæcularium, de licentia suorum Superiorum, et multas, super eo allegat Decis. Rot. et Authoritates Jul. Vivian. prax. Iurispatronatus part. 2. libr. 6. ad cap. 2. in addit. A fortiori, Regularia, Regularibus conferentur. c. Inter quatuor x. de Relig. Dom. c. Cum singula c. Cum de Beneficio de Præbend. in 6. Clement. Ne in agro §. Cæterum de Stat. Monach. Quale Beneficium Ecclesia in Tuchow semper ab Annis 240 ut supra dictum est, per Regulares Tynecenses regi et administrari solita habetur ad d. c. Cum de Beneficio. Rota decis 2. N.o 2. de Præbend. in Nov. et cuius Tuchow iuxta Monasterij Tynecen. fundationem, fit mentio in supra citata Bulla Gregorij IX. ita, ut, extra omne dubium sit, Ecclesiam in Tuchow perpetuo haberi Regularem à Monasterio Tynecensi simpliciter dependentem. Hinc est, siue inspiciatur Concil. Trident. Sess. 7. de reform. cap. 7. siue Pij V. Constitutio quæ incipit Ad exequendum § sub Datum Kalend. Nouembris 1567. disponens de Curatis Ecclesijs, etiam Monasterio vnitis, quam Constitutionem et Concilium in Parochialibus à Monasterio simpliciter dependentibus, locum non habere, ex declaratione S.a Congregat. attestatur Garc. de Benefic. part. 11. cap. 2. N.o 14. dicta tamen Piana, quatuor Monachis cum Vicario, munus Parochi obeunte, est contenta, et ex Decreto Gregorij XIII. cuius idem Garcias proxime citatis locis N.o 13 meminit. Constitutioneq Clementis VIII. quæ incipit: Vt ea quæ pro Ecclesiasticarum §. 2. die Augusti 1596. pro Congregatione Benedictina Hispana, edita cuius mentionem fecit Petr. de Murga in addit. N.o 2. ad Rot. decis. 11. in Pampilonensis Vicaria, de Elizondo Lunæ 16 Junij 1664. coram Verospio, ab eodem de Murga, post Comment. in Constitut. Aplicas relatam, fol. 42. sufficere vnum Monachum haberi, adhibitum, ab Eccl.a Parochialis Rectore Regulari. Non igitur ex aduerso scribentis, in præexpressis atq 4ta et 6ta rationibus, asserta allegata, sunt valida, ad concludendum pro Ordinarij visitatione, vel quouis alio effectu, in et circa Ecclam Tuchow Regularem, obseruando, circa quam inobseruantia Regularis nequit probari Tuchouiensibus, ut supra dictum est, cum licentia suorum Superiorum

orum Tynecensium in eadem Ecclesia, insuper cum Suo Praeposito Vigili in
Una domo, choro et Mensa, Sub clausura residentibus, atque regulariter Viuentibus
pro quibus faciunt declarationes Congregat. ad cap. 3. Sess. 6. de reformat. et alia
Conciliaria loca Supra citata adducta, ita in eodem Supposito proijsdem Tu
chowiensibus Stat doctrina Zerolae locis ex aduerso citatis part. 1. Verb. Visitatio
in Vers. Ad 3tium N.o 7. et in Vers. Duodecimo, ubi Zerola de praxi attestatur, Visi
tari Commendatas Abbatias, et loca eidem Subiecta, non per Ordinarium, Sed
per Commendatarios, et hoc ipsum habetur ex Sa Congregat. ad cap. 2. Concilij
Sess. 6. de reformat. fol. mihi 74. impressionis Coloniae Agripp. in fi. Vers. Quod
vero Spectat &.
Neque Secundo facit Constitut. Gregor. XIV. quae incipit Inscrutabili & in 3tia ex adso
Scribentis ratione, allegata. Tum quia hanc Constitutionem, fuisse reuocatam
ab Urbano VIII. per aliam Suam, datam 13 Maij 1625 testatur Diana, in 7. Sua par
te tract. 12 resolut. 25. referens Se Vidisse Constitutionem eiusdem Urbani, apud Io
an Nouarium in Summa Bullarum tit. de Exemptorum priuileg. N.o 51. Tezana
vero in Summa qq. Regular. tom. 1. cap. 19. N.o 35. in fi. ab eodem Urbano fuisse
suspensam docet, firmando Suam doctrinam Authte Breuis Emmi Saccheti, tunc
Hispaniarum Nuncij. Tum quia, de eiusdem Constitutionis, Inscrutabili & publicati
one in Polonia, et receptione, non constat, quam, prout in alijs fecere, Archiepiscopi
et Episcopi Locorum, ad eiusdem Constitutionis receptionem, publicare debuerunt, ut
docet Bonacin. Summa moralis tom. 3. disp. 1. quaest. 22. punct. 6. prop. 2. N.o 5. Bul
la autem et lex non publicata, neque recepta, quemquam non obligant, ut firmat Au
thoritatibus DD. et ll. Tondutus Sanleger. qq. Benefic. cap. 95. N.o 25. Praeterea Mo
nasterium Tynecense, et Ecclesia in Tuchow, Membrum eiusdem Monasterij, et
ab eodem dependens, quo ad Iurisdictionem per Episcopum exercendam, ut Supra
dictum est, neque Pars Appellata negat, est exemptum, aequiparatur itaque loco exi
stenti, extra Dioecesim, ad Supra Authtes Super eodem puncto allegatas, ita do
cuerunt Federicus de Senis. consil. 16. Dominicus in c. Cum Episcopo N.o 3. de Of
fic. Ordin. in 6. et Altaminarius de Visitatione Verb. propriam Dioecesim N.o 48
fol. 22. col. 2. Atque Sacram Congregationem Concilij, Super dubijs ad eandem
Constitutionem Gregorij XIV. formatis, et eorumdem in Ordine 3tio Videlicet. An
facultas Episcopis per Constitutionem attributa, in exemptos, tam Saeculares
quam Regulares, intelligatur etiam tributa, in personas nullius Dioecesis. ita re
spondisse. Censuit eiusmodi facultatem, non intelligi, tributam Episcopis, in Perso
nas nullius Dioecesis, testatur Fagnanus eiusdem Sae Congregat. Secretarius, dictam
Constitutionem Inscrutabili & nec non declarationes Congregationis Concilij refe
rens, in c. Cum Capella Sub N.o 30. de priuileg.
Hac igitur Ordinarij Iurisdictione, ex praeexpressis adductis, circa Sitam in

Tuchow Curatam exclusâ fortiq exclusam haberi, à Simplicibq Capellis, in eadem Tuchow, et ab Ecclesia Parochiali, pro Monastica Vita Separatis qualis est de qua agitur B. M. V. transfluuium Albulum Situata, in qua Relsils Pater Mielelski Monachq Tynecensis, ad nutum Suorum Superiorum amouibilis, positus est. Assumptum istud firmum est, ex Declarationibq S.ᵃᵉ Congregat. ad cap. 8. Sess. 7. de reform. §. Regulares inseruientes &. atq; ad cap. 14. eiusdem Sess. §. Aut Regulares & ibi Regulares inseruientes & de licentia Suorum Superiorum Beneficijs Simplicibq, quæ Sunt tamen Membra Monasteriorum Religionis, non potuerunt visitari ab Ordinarijs, et in eorum Regularium Ecclis Sacellis, Sacristias, Paramenta, Vasa Sacra, Altaria, et cætera huiusmodi, atq etiam Tabernaculum Seu Pyxis, in qua Smum Eucharistiæ Sacramentum asseruatur, ab Ordinario Visitari non possunt, etiamsi ipse, in quasi possessione Visitandi pergat, ita S.ᵃ Congregatio declarauit aliquoties, ut refert Peyring Priuileg. tom. 3. in Constit. 2. Sixti IV. §. 10. N.º 17. et 18. Tamburin. de iure Abbatissarum disp. 16. quæst. 3. ad Gregorij XV Bullam Videlicet. Inscrutabili &. in respondendo ad dubium 1mum.

Hinc et ex præmissis omnibq et Singulis, Authoritatibq Suis firmatis respondendo ad rationes exaduerso Scribentis ad 10. 9. et suam Perillris Dnus Actor, nunc Appellatq, Seu et Illrmq Dnus Loci Ordinariq, in præsenti casu agens prætenso Spolio, infert, alium esse in possessione Visitandi dictam Ecclesiam in Tuchow et Capellam, de qua agitur c. Cum ad Sedem X. de restit. Spoliat. Seraph. decis. 1417. N.º 3., cuiq illatum, Verum esse probatur ex Visitationibq, Authte Illrmorum Nunciorum Apostolicorum, per eosdem Delegatos, tam in Monasterio Tynecen, quam et in Ecclesia Tuchouien, et d. Capella peractis, quarum Visitationum Actus, inueniuntur in Archiuio Monasterij Tynecen, et de his Visis, et Actu Visitatæ Ecclesiæ, in eadem Tuchow, et Capellæ Notariorum Publicorum fides exhibetur Sub literis B. et C. Per quales Actus Authte Apostolica in Visitando gestos, et probatur dicti Monasterij illiusq Membrorum exemptio, ab Ordinario, ut docet Emmus de Luca de Iurisdict. disc. 28. N.º fin. et excluditur Actio Spolij prætensi per possessionem in Visitando Illustrissimis Dnis Nuncijs habitam, cum titulo in exemptos, ijsdem Illrmis competenti, ita decisum habetur, in Theatina Iurisdict. Lunæ 17 Xbris 1607 corã Ortembergo eandem decis. in ordine 56. in eodem N.º 6. referente Tamburin. de iure Abbat. Ad quam possessionem, pro Illrmis Nuncijs inducendam, Sufficiebat etiam Vnicq Actq, et ille Simplex. Rotæ decis. 277 N.º 1. part. 9. recent. tom. 1. ex ibidem DD. et Rot. decis. citatt. multomagis pro hac faciunt Actus plures exhibiti, illiq considerabiles, in omnimoda Iurisdictione, tam iure communi, quo ad Monachos Tynecenses, Vti exemptos exercita, quam et ex Vi Specialis Commissionis, dictam Abbatiam, cum illiq Membris, in Spualibq administrandi

à Summis

à Summis Pontificibus Delegatæ, ita, ut non rectè Judicium à Quo demandauerit Præposito Tuchouiensi directam responsionem, coram Suo Judicio, in Causa præsenti, ritè Nomine ipsius, seu Monasterij Tynecensis, aduersus illam Jurisdictionem, opposita declinatoria, ex Jurisdictionis defectu, in præsenti Tribunali, et Curia Romana, contra Ordinarium, ut deductum est aliquoties adinuento. Si enim Tribunal præsens, Jus dicit, priuatiuè quo ad Ordinarium, in Causis cum Tynecensibus contentiosis, consequens est, illud Monasterium et Ecclesiam in Tuchow, non visitandum per Ordinarium, sed per Officium Illrmi Dni Nuncij. Quippe quasi possessio in incorporalibus supra Tynecenses Illrmo Dno Nuncio Jure quæsita, eandem quoque acquiri, et ad alios Actus eiusdem Speciei Jurisdictionalis qualis est visitationis c. Romana §. Vlt. de censib. in 6. ut decisum habetur, in Una Aretina Juris visitandi Lunæ 29 Martij 1593 coram Gipsio, quam refert Postius, ad tract. de manuten. registratam in ordine 369 No. 1. et aliam apud eundem Postium in ordine registratam 673. No. 9. ubi No. 10 datur ratio identitatis et extensionis. maxime procedendo etiam cum limitatione eiusdem Decis. No. 2. dum et quando in eiusdem Ecclesiæ et Capellæ visitandis, per nouemdecem Annos nullus adinuentus est visitator: quod ipsum probat Vltimus Actus sub No. 9. ex aduerso productus, imo Capellam de qua agitur, ab Annis quinquaginta, fuisse a quoquam, Authore Illrmi Ordinarij visitatam, non docent Instrumenta 6. 7. et 9. in quibus quidem fit mentio eiusdem Capellæ, sed sius non describitur status, prouentus, expensæ, et id genus, in visitationibus describi solitum, itaque ad professionem in ijsdem Ecclesia et Capella Tuchouiensi, ex cursu tanti temporis, via Spolij quæ præscribitur triginta seu 40 Annis, Rot. apud Post. tract. quo supra decis. 44. No. 6. et 7. Atque etiam in cursu decem Annorum, dum et quando in his visitatis et visitandis tanquam exemptus Illrmi Dni Nuncij inueniuntur, semel amissam recuperandam, per Illris Dnus Appellatus, originaliter Actor, siue Officium a Quo, agere non potuit, ita decisum habetur in supra citata Ortembergi decis. No. 7. Vltima enim, derogant primis, arg. l. pacta nouissima. C. de pact. l. si mihi §. in Legatis ff. de leg. 2. et medius Actus extremorum coniunctionem impedit. c. Quamuis. de rescript. in 6. l. si indebitum ubi gl. et Bar. ff. rem rat. haberi Bald. in l. fi. C. ad Macedonianum. Quo Actu medio pro parte Officij Tribunalis præsentis et Abbatis Monasterij Tynecensis, in cuius Jurisdictionem Illrmi Dni Nuncij, et antehac eadem Aplica cæteri Delegati, durante eiusdem Abbatiæ Commenda, successerunt, infertur per Illrem Dnum Appellatum, seu Officium Cracouiensis inutiliter Dno Præposito Tuchouiensi intentasse Actionem prætensi Spolij, in suis extremis ex adductis, quo ad dictam Ecclesiam et Capellam, improbabilis, et si, et quatenus probaretur inefficacis. Etenim, Jurisdictio Officio Tribunalis præsentis, supra illa loca competens, et in cuius Actuali exercitio, constitutum est, indiuisibilis. gl. in c. Prudentiam verb. teneatur x. de Offic.

Delegat. Sicut duo capita in Uno corpore, citra Monstrum dari non agnosci, mq, duobq se esse natura Sua, compatibilem, non permittit c. Quoniam X. de offic. ordin. c. in Apibq 7. quæst. 2. et Uni esse tantum, non autem pluribq Subie„ ctum valde interest. Seraph. decis 1082. N.º 4. Præterea, Actq Visitationis, ad alia loca Monrij Synecen. Subiecta extensq, prout nouissime in Koscielna Vres alias Cella S. Laurentij in Kalisz Archidiœcesis Gnesnensis, ex Officio Tribuna„ lis psentis, iure etiam Ordinario in Exemptos exercita, eandem Jurisdictio„ nem, eodem quoq iure Tribunali psenti, Super loca de quibq nunc controuerti tur tribuit, ita Postiq de manutenen. obseruat. 83. N.º 153. quem citat et Sequitur Petr. de Murga disq. morall. tom. 1. tract. 1. disc. 3. dub 2. N.º 52. Deniq Abba„ tia Monasterij Synecen, nunc Commendata habita, dum Officio Tribunalis psentis, Supra illiq Monasterium Generale, Jurisdictio omnimoda, et illiq exercitium compe„ tat, neq hæc in controuersiam exaduerso ducitur, probata quoq censetur Supra Ec„ clesiam et Capellam in Tuchow, quæ Sub eodem Monasterio comprehenduntur Burat. decis. 346. N.º 1. tom. 1. Emmq de Luca de Jurisdic. disc. 25 N.º 4.
Igitur, cum Supra Monasteriū Synecen, et illiq Membra, Jus exercendi omnimodam Jurisdictionem Suo Abbati, et respectiuè, nunc Jure Abbatiali Delegato, et alteriq Superioris, Ordinariaq Præeminentiæ, Illmæ Nunciaturæ assistat, in illiqq exercitio actuali inueniatur, pro hac perpetuò manutenenda, iuxta Rot. decis. 126. N.º 2. part. 15. recent. decernendum et pronunciandum est. Non enim Sumq in prophanis in quibq etiamsi notoriè constet, de non iure Spoliati, inprimis, et ante omnia ta„ men restituendi, ut docet Camil. Capuc. prax. iudic. part. 3. cap. 4. artic. 7. N.º 144.
In casu autem Nostro et Recuperandæ possessorio agens, deberet docere, Saltem de titulo colorato. Cassad. decis. 4. et 8. de restit. Spoliat. quo probato adhuc nihilo„ minq, ad Veri tituli, in Exemptis, per ea, quæ allegat. Andr. Gambar. de offic. et potest Legat. de Latere lib. 8. N.º 8. pro Officio Tribunalis psentis deductionem, hic titulq coloratq non Sustinetur. Cedit color Siue præsumptio, Veritati. c. Quicunq 80. dist. Gregor. decis 242. N.º 7. Neq, pro possessione antiqua, quod continua Sit præsumitur, quando hæc ut dictum est interrupta habeatur. Rota decis. 715. Sub N.º 2. inter centur. 9. Farinac. Et quasi possessio legitimè acquisita, Vera ab initio in Exemptis, Officio Tribunalis præsentis nata, præualet antiquiori per adducta in Rot. decis. 52. N.º 3. apud Tambur. de iure Abbatt. apud quem in decis. 51. N.º 3. concluditur, assistentiam ad Visitandum non prodesse Episcopo quando etiam inferior est, in Jurisdictionis quasi, cui tunc, et non Episcopo datur manutentio. Quibq accedit, quia Actq pro Appellata Parte exaduerso allegati, Sunt æquiuoci, non constituentes aliquem in quasi possessione Rota decis. 311. N.º 11. ex quam plurimis ibidem citatis. part. 9. tom. 1. recent. Emmq de Luca de Jurisdict. disc. 39. N.º 4. et si sunt gesti, ut ab initio ostensum est, in Virtute Concilij eiqdemq

Authoritate

Theodorus Potocki Episcopus Varmiensis et Sam=
biensis Nominatus ArchiEpiscopus Gnesnensis,
et Abbas Tynecensis, Primas Regni Polo=
niæ ac Magni Ducatus Littvaniæ.

Et quia Ego Pater Benignus Buchowski
Ordinis Sancti Patris Benedicti, ejusdem Regij
Archicœnobij Tynecensis Professus Abbatialis Eccle=
siæ Orlovíensis in Majori Silva Administrator

et interea Actorum Capitularium et praesentis Electionis seu verius Postulationis Iuratus Notarius sic ut praemissum est celebratae, praesens et personaliter interfui, omniumque dum praescripta agerentur et fierentur vere genuine fideliter ac realiter connotavi conscripsi et confeci, ideo praesens Publicum manu mea scriptum et subscriptum, sub sigillo Archicoenobii extradidi Instrumentum. mpp.

Universis et singulis, significamus et ad notitiam deducimus supradictum Reverendum Patrem Benignum Bukowski Ordinis Sti Benedicti, Regij Archicoenobij Tynecensis Professum, fuisse et esse Iuratum Actorum Capitularium ejusdem Archicoenobij Notarium. Ejusdemque scripturis et huic Instrumento Electionis seu verius Postulationis Expeditae adhibere debere plenam et omnimodam fidem. Anno ut supra, Die Decima Mensis Januarij. Ludovicus Siemiradzki Custos Cathedralis Cracoviensis Canonicus, Vacantis Abbatiae Tynecensis Administrator, à Celsissimo Principe, Episcopo Cracoviensi, Duce Severiae deputatus et delegatus Praesidens mpp.

L. S. Rdmi Praesidentis

L. S. Archicoenobij Tynecensis

Fr. Theodorus Zielonacki O. S. B. Prior et Custos Tynecensis, Abbas Trocensis. Fr. Amandus Zawadzki Supprior Tynecensis mpp. Fr. Franciscus Zaleski Provisor Tynecensis mpp. Fr. Columbanus Gniadkiewicz O. S. B. Magister Novitiorum mpp.
F. Antonius Strzypowski O.S.B. Procurator Causarum

L. S.

Et quia ego Adalbertus olim Krzyzanski Juris Utriusque Licentiatus, Cancellariæ Consistorialis Cracoviensis Regens, Sacra authoritate Apostolica Publicus et ad Actum præinsertæ Electionis à Supra nominato Perillustri et Reverendissimo Ludovico Siemienski, Canonico Cracoviensi, Electionis Præsidente assumptus Notarius, huic Electioni Votorum per Scrutatores in scripto Collectioni, Publicationi, et alijs Præmissis dum sic fideliter agerentur, præsens interfui. Ideo in Fidem Præsens Publicum manu mea propria Subscripsi, Signoque Nomine et Cognomine meis Solitis quibus in talibus utor, rogatus et requisitus communivi Instrumentum

Literæ ad Sanctissimum Dominum Dominum Innocentium XIII Divina Providentia Universalis et Orthodoxæ Ecclesiæ Summum Pontificem, à Regio Conventu Tyneciensi Ordinis S. Benedicti Super expedita Electione seu Postulatione Abbatis Tynecensis in Personam supra memorati Celsissimi Principis Illustrissimi Excellentissimi et Reverendissimi Theodori in Potok Potocki, Nominati Archi Episcopi Gnesnensis Primatis Regni Poloniæ, cum Supplicatione dandæ, Eidem Celsissimo, in Spiritualibus et temporalibus, Jurisdictionis.

Beatissime Pater

Domine Clementissime

Regius Regni Poloniæ Conventus Tyneciensis Ordinis Sancti Benedicti, Diœcesis Cracoviensis, provolvitur ad Pedes Sanctitatis Vestræ, cum adorea profundissima, et perpetua subjectione, humillime Supplicans, quatenus per Sacrum Sanctitatis Vestræ Beneplacitum Celsissimum et Excellentissimum Principem, Reverendissimum Theodorum Potocki, Episcopum Varmiensem et Sambiensem, Nominatum Archi Episcopum Gnesnensem, et

Pri

Primatem Regni Poloniæ, quem ex beneficio primum Divino et Consilio Bonorum, deinde ex Regio Iuris Patronatus Collatione nominatum, per Publicum Electionis Actum in Regii nostri Conventus postulavimus Abbatem, Decus, subsidium et Ornamentum: Principem præstantiâ Doctrinæ, morumque probitate exemplarem: et præter Avitos Generis splendores, ob sublimia perspectaque Publicis commodis in Rem Publicam merita præcipuum Senatorem, taliter Electum et Postulatum, clementer firmare, approbare, et pro hac vice nobis indulgere dignetur. Eidemque Celsissimo et Excellentissimo Principi Iurisdictionem in Spiritualibus et temporalibus Ejusdem Regii Conventus delegare. Nos autem pro Sanctitatis Vestræ, Domini Clementissimi, Quem Divina Providentia, Consiliumque Supernum, Universali ac Orthodoxæ Ecclesiæ Patrem donavit, quamdiutissimis Gubernaculis, ad aras Divinæ Majestatis, preces nostras profundemus et Vota, provoluti in Osculo pedum

Sanctitatis Vestræ, Domini nostri Clementissimi

humillimi Subditi et Indignissimi Exoratores

F. Theodorus Zielonacki Ord. S. Bend.ti Regii Conventus Tynecensis Prior et Custos, Abbas Triensis nomine totius ejusdem Regii Conventus Tyneciensis mpp. Tyneç 1723 13 Januarii

P. Benignus Buchowski Ord. S. Bend.ti, Actus Electionis Notarius mpp.

Literæ à Conventu Tyneciensi ad supra memoratum Celsissimum Excellentissimum et Reverendissimum Principem, Electum Abbatem Tyneciensem, Theodorum Potocki.

Celsissime Princeps
Protector Clementissime

Duplici Solatio per Divinum Beneficium, Providentiam, ac Ejus inscrutabile Consilium, Regius Noster Conventus Tyneciensis honoratur, quod nimirum et Regnum Poloniæ sub Novo Principe Pacis et hospite DEO humanissimo, maximum Decus et Ornamentum, Patriæ Patrem, sæculis imme–

morem, Novum Regni Principem et Primatem, Optimumq Pontificem, acceperit et Persona Celsitudinis Vestræ Excellentissima et Reverendissima, Cujus insignia in Ecclesiam et Rempublicam, extra Avitos præclarissimi Generis Splendores, in Senatorio Ordine præcipuos, merita, maximaq Liberalitatis, munificentiæq documenta, non tantum Varmiensi Diœcesi, verum etiam Multis Sanctis Religionibus, præsertim Societatis JESU Collegijs præstita et demonstrata perstant, et Regius Noster Conventus, post acerbum decessum et occasum magni Sideris Orbis Poloni, Celsissimi olim et Illustrissimi inquam Principis, Domini Stanislai in Slupow Szembek, Archi Episcopi Gnesnensis, Primatis Regni Poloniæ, ultimi et immediati nostri Possessoris, et Abbatis, Cujus memoria, quemadmodum continua in benedictione, ita et ejus sancta anima in splendoribus sanctorum vivit, Gratiosissimum Successorem, fortissimumq in difficillimis et extremis periculis lucratus sit Defensorem et Protectorem: Solemq Novum benevolentissimis gratiarum radijs Exortum intueamur. Quibus porro animis, votis et studijs Excellentissimam et Reverendissimam Celsitudinem Vestram, in singulare Regij Nostri Archicoenobij Præsidium, et honorem desideraverimus postulaverimusq, Instrumentum Electionis feliciter expeditæ, et jam ad Urbem Romanam Sacræ Sedi Apostolicæ porrectum, remittimus, obnixe supplicantes, ut in favorabili Clementia Celsitudinis Vestræ Excellentissimæ Reverendissimæq, semper inveniamur et conservemur: Non intermittemus interim preces et Vota nostra, ad aras Divinæ Majestatis profundere, pro felicissimo diutissimoq Gubernio, Cui cum perpetua Subjectione Subjicimur.

Celsissimi, Excellentissimi, Illustrissimi et Reverendissimi Principis, Protectoris Clementissimi

Tynecij 1723
13 Januarij

humillimi et Indigni Exoratores

F. Theodorus Zielonacki Ord. S. Bendi Regij Conventus Tynecensis Prior et Custos, Abbas Orodensis nomine ejusdem Regij Conventus mpp

F. Benignus Budowski Notarius Capitularis

Forma Literarum, super expeditione ad coëmenda et transvehenda Vina.

P. Theodorus Zielonacki, Ordinis Sancti Patris Benedicti, Regij ArchiCoenobij Tynecensis Prior et Custos, Infulatus Abbas Trocensis, ejusdemq. ArchiAbbatiæ Tynecensis Administrator

Universis et singulis quorum interest, Visuris, Lecturisq. Salutem in Domino, et nostram omnimodam Obsequiorum propensionem. Significamus præsenti literarum exhibitione, quia nos Urgenti necessitati Conventuali providere satagentes, Religiosum et Admodum Reverendum N N ejusdem ArchiCoenobij ac Ordinis, actu Presbyterum, nullis innodatum censuris, ordinamus in Partes Inclyti Regni Ungariæ, ad coëmenda et transvehenda Vina, eundem Christianæ Charitati, præsertim humanissimis Perillustrium ac Generosorum Telonij Præfectorum respectibus commendantes, quatenus favorabili itinerum argumento proficisci patiatur. DEUS ubiq. Locorum præsens, qui est merces magna nimis, præstitas retribuet benevolentias, nosq. sollicitis precibus, non desimus continui ad Aras Divinas Exoratores. In quorum fidem et firmius robur, Præsentes manu propria subscripsimus, sigilloq. Conventuali appressimus, communivimusq. Datum Regio ArchiCoenobio Tynecensi, Anno Reparatæ Salutis 1723, Die autem 23 Januarij

Forma Literarum Obedientialium ad Loca Particularia Rndis Patribus et Relsis Fratribus dandarum

P. Theodorus Zielonacki, Ordinis Sancti Patris Benedicti, Regij ArchiCoenobij Tynecensis Prior et

Custos, Infulatus Abbas Trocensis, ejusdemq; Archi Abbatiæ Typecensis, Sede vacante "in Spiritualibus et temporalibus" Administrator.

Religioso et Reverendo in Christo Patri N. ejusdem Ordinis ac Archilocnobij expressè Professo, devotè nobis Dilecto Salutem in Dño, "nostramq" paternamq; benedictionem. Postquam ex Sollicito Superioralis nostri "Officij" munere, cum adhibita Veneranda Capitulari deliberatione, diligenter perpenderemus, quisnam nobis iret ad Operandum in Vineam Christi, pro exequenda vigili animarum cura, adimplendaq; sedula Sacramentorum Administratione Ecclesiæ Nostræ Præpositurali N., commendatam accepimus Religiosæ et Reverendæ Paternitatis Vestræ, dexteritatem, probatamq; maturorum morum, doctrinæ, Vitæ, Scientiæq; sufficientiam: Quapropter eandem Paternitatem Vestram Reverendam, pro Amplianda Gloria DEi, honore Ordinis, et lucro animarum sibi committendarum, meritoq; conscientiæ suæ, ex hac obveniente, injunctaq; sibi Obedientiæ Sanctæ Virtute; et accidente ulterioris promerendi respectus sorte; cum plenaria nostra facultate, authoritate, assensu et benedictione, ad obeundum Vicariatus onus, in DEi nomine mittimus et ordinamus.‡ Præsenti etiamnum Ordinationis et missionis Exhibitione "Perillustrem et" Admodum Reverendum ac Religiosum Dominum ~~N.~~ supra memoratæ ~~Præpositurali~~ Ecclesiæ, in Spiritualibus et temporalibus "Rectorem et" Præpositum, Patrem primis favoribus nostris Religiosis benè meritum convenientes, quatenus Religiosam ac Reverendam Paternitatem Vestram, Officio sibi deputato fungi

‡ mandantes et injungentes, quatenus Perillustri et Adm Rndo Dño N. "ejusdem Ordinis ac Archilocnobij Typ Professo" Loci illius et Ecclesiæ Præposito, reverenter obediat, obtemperet, ac in Omnibus, sese Regulæ Sanctæ præceptis conformet.

faciat, Paternaq; charitate, respectu, et discretione praeservatur, moresq; in quantum (quos Ipse Scrutator et Inspector cordium arbitrat) ad invenit frenat, Regulas et [illegible]) conscientiae et praelatura corrigat, tamdiuq; residere permittat, donec aliter Superis, Superioribusq; Visum, conclusumq; fuerit. In quorum fidem, firmius robur, ac majorem Valorem, Praesentibus manum propriam apposuimus, Sigillumq; nostrum Archicoenobiale appressimus. Datum in Regio nostro Archicoenobio Tynecensi, Anno Salutiferae Salutis 1723 Die autem Mensis.

Forma Literarum, pro mittendis ad Exteras Nationes, Philosophiae aut Theologiae Studij gratiâ.

P. N. Regij Archicoenobij Tynecensis, Dioecesis Cracoviensis, Potentissimi Regni Poloniae, Ordinis Sancti Benedicti Prior et Custos.

Religiosis in Christo Fratribus N N ejusdem Ordinis et Archicoenobij Nostri, expresse Professis Clericis, devote nobis Dilectis, Salutem in Domino, paternamq; Nostram benedictionem. Omnium bonorum Artifex, Virtutumq; singularis Magister, Spiritus Domini Sanctus, et infallibilis, nunquam meliorem potuit animi ornatum, Religiosae inspirare Indoli, quam cum rationali homini, ad perfectionem tendenti, Sapientiam commendasset quaerendam, Scientiamq; legis divinae acquirendam: quae candor est lucis aeternae, et Speculum sine macula: per quam et Reges Philosophi regnant, et Regna philosophantur, durantq; : et Coenobia Divino dicata Cultui, in ea, veluti solido Sanctimoniae Vitae innixa fundamento perstant immobiliter. Nec enim alium diligit DEUS, Sapientiae Conditor, nisi eum, qui cum Sapientia sole Speciosiore, inhabitat. Timor autem Domini, Scientiae Religiositas, Religiositas inquam, quae custodit et justificat cor, dans jucunditatem, pacem, et gaudium. Quam quidem Viam prudentiae, à Celebribus Exterorum Doctorum Cathedris discendam, postquam Vobis, in Do-

mino deliberatum fuisset, et ad hunc effectum, Capitularem nostrum expostulassetis assensum; damus Vobis plenariam, per Praesentes facultatem, proficiscendi ad almam Universitatem Parysiensem in Christianissimum Regnum Galliae, toti Orbi clarissimam Academiam, honestorum Morum, Virtutumq; verae Pulchritudinis Studium habentis, Palaestram; quatenus cum benedictione Nostra, in Eo verae Doctrinae Palladio, Divitias Salutis, thesaurumq; scientiarum non deficientem, Timorem scilicet Domini quaeratis et inveniatis: Scientes procul dubio, quod Vos oporteat indesinenter ambulare per vias prudentiae, modestiae Religiosae nullatenus immemores: et ita quotidiano Profectui insudare, ut crescatis Sapientia et aetate apud DEUM et homines. Et quatenus etiamnum Gradum Laureamq; Philosophiae Sacraeq; Theologiae, pro merito conatus Vestri ascendere, Sacrumq; Subdiaconatus, Diaconatus, Presbyteratusq; Ordinem obtinere valeatis, pari Vobis benedictione facultatem impertimur. Precamurq; Vobis, ut inde redeuntes, tanquam ex mercatura, boni Mercatores, videamini homines magni Virtute, divitesq; moribus sanctis, et scientia certissima praediti. Porrò praecipuae Vestrae Observantiae, primiq; post DEUM, Study ac cultus intererit, Magnifico ac Reverendissimo Domino, Illius Almae Universitatis Vigilantissimo Rectori ac Praelato, tum clarissimis Professoribus Vestris, tanquam à DEO propositis et electis, veritatis Magistris, omni veneratione quasi condigna laboris mercede accommodare. Quibus etiam obnixè Supplicamus, quatenus his Visis Commendatitiis Literis Nostris, vos in Gremium egre-

giè Philosophantium Theologisantiumq; annumerent, Lauream præmiorum à DEO Sapientissimo, Scientiarum Alpha et Oméga recepturis, non obliti tam pro ijs, quàm pro Vobis, Sapientiam Patris æterni Cælestem incessanter exoraturi. In quorum fidem, firmiusq; robur ac Valorem; Præsentes manus nostræ propriæ appositione, Sigilliq; Conventualis appressione communivimus. Datum in Regio Nostro Archicoenobio Tynecensi Anno Domini 1723 Die autem Mensis

Forma Literarum Revocatorialium ex Locis Particularibus.

P. X. Regij Archicoenobij Tynecensis Ord: S. Bendi Prior et Custos etc.

Adm Rndo ac Rlgo X ejusdem Ordinis ac Archicoenobij Tynecensis expressè professo, devotè nobis Dilecto, Salutem in Dño, Paternamq; Nrám Benedictionem. Occurrit nostræ paternæ sollicitudini Emeritum Senium Adm Rndæ Paternitatis Vræ Laboresq; in Residentia Præpositura Nostræ X laudabiliter præstiti ac exhibiti, quos quidem, respicere, honorare ac præcipua prosequi charitate volentes, revocandam Adm Rndam Paternitatem Vrám censuimus prout de facto revocamus per præsentes quatenus Visis hisce Ordinationibus nostris, ad Nativum Monasterium Tynecense Locumq; sese conferat Professionis. In quorum fidem etc.

O

Fr Theodorus Zielonacki Ordinis Sancti Benedicti Regij Archicoenobij Prior et Custos Divina Miseratione Abbas Tynecensis, Prædictiq; Archicoenobij Sede Vacante Abbatiali Generalis Administrator Fratrumq; ... ad ... congregatorum ...

Universis et Singulis quorum interest aut in futurum interesse poterit Significamus præsenti literarum exhibitione, quia nos tam Principalis Archicoenobij nostri Tynecensis, quam etiam subjectarum Abbatiarum et Præpositurarum Juribus Indemnitatibus et Privilegijs; in Spiritualibus et temporalibus, sub onere conscientiæ semper invigilare, eaq; conservare et manutenere, ne forsan aliqua fiat Bonorum ac fructuum alienatio, astricti et obligati sumus hucusq; in Præpositura Kościelnensis Archidiœcesis

Archi Dioecesis Gnesnensis fundis et Agris ex gratia ... et Serenissimorum Fundatorum ultima in Deum voluntate, Legatione Donatione et Cessione Admodum Reverendo Patri Nostro ... Abbatis Regij et Archi Coenobij Tynecensis directioni et ordinationi in perpetuum incorporatis; nonnulli reperiantur, qui sibi nullo Iuris titulo, absque rubore conscientiae, aliquas agri partes, extra limites granitiei usurpare et praetendere audent. Damus itaque ratificamus et confirmamus Capitulariter Religioso et Admodum Reverendo in Christo Patri Domino Iusto Machulik, Ordinis Sancti Benedicti Praeposito Koscielnensi, Regij Nostri Archi Coenobij Tynecensis Professo, eas quas in Electione sua accepit, ut super quibus etiam exequendis, in Institutione sua juravit Authoritates, et plenarias agendi, quasi nos ipsi ageremus, facultates invigilandi, de non alienandis praefatis ... Ecclesiae Bonis, conservandis Iuribus, repetendis alienatis fructibus proventibus, fundis et Agris, et cum adversa parte quavis solemniter ... in Competenti foro Iudiciali processandi componendi, et finaliter complanandi; ... Literis Nostris, Perillustres et Magnificos Dominos Patronos et Iuris Advocatos obnixe rogando, quatenus praefato Religioso et Admodum Reverendo ... Praeposito Koscielnensi assistere Causamque et negotium tueri, felicesque in effectus promovere dignentur; a DEO supremo Iudice mercedem recepturi. In quorum fidem praesentes manu propria subscripsimus Sigilloque Nostro Archi Abbatiali communivimus. Datum in Archicoenobio Nostro Tynecensi Anno Domini 1723. Die vero 9. Mensis Augusti

Fr. Theodorus Zieloracki Ordinis Sancti Benedicti Conventus Tynecensis Prior et Custos Abbas ... Trocensis, ac Abbatiae Tynecensis Vacante Sede Administrator ... Nomine proprio et Nomine Totius Venerabilis Capituli.

Locus Sigilli Tynecensis

Ita testor Fr. Carolus Kleczynski Ordinis Sancti Benedicti Professus et Actuarius Secretarius Venerabilis Capituli Tynecensis ...

Litera Confraternitatis

Pater ... Sancti BENEDICTI ... Abbas Tynecensis ... Regij ... Tynecensis ... Prepositus ...

[illegible] Notarius, Fr. [illegible] Secretarius
Fr. [illegible] Fr. Antonius [illegible]
[illegible] Magister Novitiorum Caeterique [illegible]
[illegible] Professi ad sonum campanae [illegible]

Cum nostra paupertas Religiosa adeo sit inops in rebus humanis ut
nihil in terris possit thesaurizare, spiritu tamen ob insignem virtutum excel-
lentiam meritorumque abundantiam [illegible] potens, tam dives tamque praedita
et copiosa est, ut omnipotentissimi Regis [illegible] esse Dominatrix
habens in parte Dei haereditatem ac immobilem in plenitudine Sanctorum
detentionem divitiis immortalium bonorum inexhaustus. Ad cujus
Paupertatis thesaurum non deficientem in Coelis quia Perillustris ac Admodum
Reverendus Dominus Michael Mizerski in [illegible] Parochus
Palasiensis Dioecesis Cracoviensis avidius recurrit, ut particeps
esse possit spiritualium Munerum, ac ex peculiari, quo semper fere-
batur erga Sacratissimum Sanctissimi Patriarchae Nostri Benedicti
Ordinem affectu Cultu et devotione, Confraternitati Nostrae Religi-
osae annumerari, ac eidem per singulare Nostrum beneplacitum adscrib-
ti et inscribi et incorporari postulat. Eapropter tanto pietatis
Zelo salutaribusque annuentes desiderijs eundem Perillustrem ac Admodum
Reverendum Dominum in Nostram Confraternitatem, ac Universa et sin-
gula Nostrae Congregationis Privilegia et suffragia recipimus, inditum
pariter ac in Morte, ad plenam Omnium spiritualium Bonorum, Offici-
orum videlicet Divinorum Missarum, Mentalium et Vocalium Orati-
onum, Jejuniorum, Abstinentiarum, disciplinarum, Poenitentiarum
Inspirationum, Meditationum, devotionum, ac omnium plurimorum
privatim et publice peragentium operum spiritualium, quae per Nos
et Fratres Nostros etiam Posteros Clementia Divina exequi, et ac-
ceptare dignabitur, una cum Officio post Obitum Uniuscujusque Confratris
vel Sororis Officio Defunctorum celebrando, ac primam Notitiam
consueto participationem et communicationem tempore praesentium
gratiose admittimus. Et ut confirmet hoc DEUS quod operatus est:
Benedicimus in Nomine Domini. In cujus rei fidem praesentes manu
propria subscripsimus, Sigilloque Conventuali communivimus. Datum
[illegible] Archicoenobio Tynecensi. Anno Domini 1723. Die 30.
Mensis Novembris. Locus Sigilli

Stat et for Fr. [illegible]
Kieczyński O. S. Benedicti
Notarius Capli Tinecensis propria manu

Vincentius Santinus Dei et Apostolicæ Sedis gratiâ Archiepiscopus Trapezuntinus Sanctissimi Domini Nostri Dni Innocentij Divina Providentiâ Papæ ejus nominis XIII Prælatus Domesticus et assistens ejusdemq et Sanctæ Sedis Apostolicæ in Regno Poloniæ et Magno Ducatu Lithvaniæ cum facultatibus legati de latere Nuntius et ad infrascripta Specialiter Delegatus Apostolicus.

Reverendissimis Perillustribus ac Adm. Rndis DD. Prælatis et Canonicis Ecclesiæ Cathedralis Cracovien. et Collegiatarum in ead Diœcesi existentium aut alteri eorum in solidum item Adm. Rndis Rndis Venerabilibus et Religiosis Patribus et Fratribus Monasterij Tyniecen. Ordinis Sancti Benedicti Diœcesis Cracoviensis Professis nec non Omnibus Vasallis et Subditis dicti Monasterij et Abbatiæ Tyniecen. et alijs quorum interest, intererit aut interesse quosq infrascriptum tangit negotium aut tangere poterit quomodolibet in futurum quibuscunq Nominibus censeantur aut quacunq fulgeant dignitate Salutem in Dno et Nostris imo verius Apostolicis firmiter debere Obedire Mandatis. Noverint Perillustres Illustres ad Adm. Rdæ Dominationes Vræ nos transsumpti literarum aplicarum Sanctissimi Domini Nostri Dni Innocentij Papæ ejus Nnis XIII sub Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem Anno Incarnationis Dnicæ Millesimo Septingentesimo Vigesimo Tertio Idq Decembris Pontificatus sui Sanctitatis Anno Tertio more Curiæ Romanæ expediti manibus quorum infrasubscripti ac sigillati in forma authentica emanati sanum siquidem nec viciatum aut cancellatum seu in aliqua sui parte suspectum sed omni prorsus vitio et suspicione carens pro parte Illustrissimi et Rndissimi Dni Theodori Potocki Archiepi Gnesnensis Primatis Primiq Principis Rni Poloniæ & per Sanctam Sedem Aplicam de Abbatia Monasterij Tyniecens.

in Commenda data Praesi exhibitum. illy praesenti, cum ea qua decuit reverentia suscepisse hujusmodi cum Tenore videlicet

In Nomine Domini Amen.

Cunctis ubique sit notum quod Anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi MDCC XXIII die vero XVI Mensis Decembris Pontificatus autem Sanctissimi Domini Nostri Dni Innocentij Divina Providentia PP XIII Anno ejus Tertio Ego Officialis Deputatus infrascriptus vidi et legi quasdam literas Apostolicas sub plumbo ut moris est expeditas Tenoris sequentis videlicet Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei Venerabilibus Fratribus Archiepiscopo Trapezuntino et Premisliensi ac Posnaniensi Episcopis Salutem et Aplicam benedictionem Romani Pontificis Providentia Circumspecta Ecclesiis et Monasteriis singulis quae vacationis incommoda deplorare noscuntur, ut Gubernationis utilis fulciantur praesidio prospicit diligenter ac Personis Ecclesiasticis quibuslibet praesertim Pontificali dignitate insignitis ut in suis opportunitatibus singularum suscipiant relevamen et subventionis auxilio prout decens est providet opportune. Cum itaque sicut accepimus Monasterium abbatia nuncupatum Tynecense Ordinis Sancti Benedicti Cracoviensis Dioecesis, quod de Iure Patronatus pro tempore existentis Poloniae Regis Illustris ex fundatione, vel dotatione plene dicitur existere et super cujus iuris Patronatus existentia li et Causa in Romana Curia pendet indecisa, et quod quondam bonae memoriae agens Stanislaus Szembek dum viveret Archiepiscopus Gnesnensis in commendam ad sui vitam ex concessione et dispensatione Aplica, etiam dum viveret obtinebat, quoque alias certo tunc expresso modo extra dictam Curiam vacans eidem Stanislao Archiepiscopo per eum quo ad

viveret sub certis modo et forma etiam tunc expressis una cum Ecclesia Gnesnensi qui tunc pserat tenend. cum Decreto tamen quod dicto Stanislao Archiepiscopo cedente vel decedente aliis alias Mrium pfatum quomodolibet dimittente vel amittente illud amplius non commendar. sed in pristinam tituli Naturam reverti et psonae Regulari idoneae conferri omnino deberet perinde ac si dicto Stanislao Archiepiscopo nunquam Commendatum fuisset, et si Commendari contigisset absque speciali mentione ac derogatione Decreti huiusmodi Commenda ipsa nulla esset eo ipso irritoque Decreto desuper apposito Aplica Authoritate Commendatum fuit dicti Mrij Commendatarij pfata per obitum dicti Stanislai Archiepiscopi dicti Mrij Commendatarij, qui extra Romanam Curiam pfata diem clausit extremum cessante, aut eo quo ante Commendam ipsam vacabat modo vacare noscatur adpserens, Nos tamen eidem Mrio de Gubernatore utili et idoneo p quem circumspecte regi et salubriter dirigi valeat quam venerabili similiter Fri Nro Theodoro Potocki Moderno Archiepiscopo Gnesnensi, ut statum suum iuxta Pontificalis dignitatis exigentiam decentius tenere valeat de alicujus subventionis auxilio providere ac specialem gratiam facere volentes ipsumque Theodorum Archiepiscopum a quibusvis suspensionis et interdicti aliisque Censuris Ecclesiasticis si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum psentium tantum consequendum harum serie absolventes, et absolutum fore censentes et verum et ultimum dicti Mrij vacationis modum etiam si psentibus pro expresso habentes Fraternitati Vrae p Aplica Scripta Mandamus quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios Mrium pdictum cui cura non imminet Animarum ac cujus fructus reditus et proventus ad Ducentos Septuaginta Novem

florenos auri in libris Camerae Aplicae taxati reperiantur, quovis
modo, aut ex alterius cujuscunq persona seu per liberam dicti
Stanislai Archiepi, et cujusvis alterius cessionem de illo, illiusq
Regimine et administratione in dicta Curia et extra eam etiam
Coram Notario publico et testibus Sponte factam aut assecutionem
alterius beneficij Ecclesiastici Ordinaria Autharitate Collati Commen
da praefata vacet, etiam si tanto tempore vacaverit, quod ejus pro
visio juxta Lateranen. Statuta Concilij, aut alias Canonicas
Sanctiones ad Sedem Aplicam legitime devoluta existat, illaq
ex quavis causa ad Sedem eandem Specialiter et generaliter pertineat et ad
dictum Mrium Consueverit quis per electionem assumi, eiq Cu
ra Jurisdictionalis tantum immineat, et de illo Consistorialiter disponi
Consueverit, seu debeat et super Regimine et administratione prae
fatis inter aliquas lis seu illorum possessorio et quasi Molestia, cujus
statum praesentibus haberi volumus pro expresso pendeat indecisa,
dum modo tempore datae earundem praesentium dicto Mrio de Abba
te provisum aut illud alteri Commendatum Canonice non existat,
Cum illi forsan annexis ac Omnibus iuribus et pertinentijs
suis dicto Theodoro Archiepo per eum quoad vixerit etiam una
cum praefata Ecclesia Gnesnensi cui dictus Theodorus Archiepus
praeesse dignoscitur tenendum ita quod liceat ei debitis et Consuetis dicti Mrij
et dilectorum Filiorum Conventus eiusdem Supportatis Oneribus ac quarta
postmodum tamen ut infra Abbatialis separata et seorsim a Conven
tuali in restaurationem illius fabricae seu Ornamentorum Vestium,
aut paramentorum emptionem, seu factionem aut pauperum alimo
niam seu Sustentationem prout major exegerit et suaserit necessitas,
interim vero et donec Communis inibi mensa fuerit Tertia par
te Omnium et Singulorum fructuum dicti Mrij pro praemissis
Supportandis ac Sustentatione Monachorum omnibus alijs dedu
ctis Oneribus Annis singulis impertita de residuis tamen illius
infrascriptis fructibus redditibus et proventibus disponere et

Ordinare potuerunt seu etiam debuerint. Alienatione tamen quorumcunq bonorum immobilium et pretiosorum mobilium dicti Monrij ei penitus interdicta commendam Authoritate Nostra Curetis Curam dicti Monrij ad illius Regimine et administrationi hujusmodi ei committendo ac eid. Theodoro Archiepiscopo in adipiscenda possessione v quasi non tamen infrascriptorum Regiminis et administrationis dicti Monrij Authoritate Nostra assistentes faciatis et a dilectis etiam Filijs Vasallis, et alijs subditis dicti Monrij sensu velut Servitia, et Jura sibi ab eis debita integre exhiberi, Contradictores Authoritate Nostra [illegible] appelatione postposita spescendo non obstantibus felicis recordationis Bonifacij PP. VIII Praedecessoris Nostri et alijs Aplicis Constitutionibus ac Monrij et Ordinis praedictorum etiam Juramento Confirmatione Aplica v quavis firmitate alia roboratis Statutis et Consvetudinibus alijs Contrarijs quibuscunq aut si Vasallis, et subditis praedictis v quibusvis alijs Communiter aut divisim ab eadem sit sede indultum quod interdici, suspendi aut excommunicari non possint per literas Aplicas non facientes plenam et expressam, ac de Verbo ad Verbum de Indulto hujusmodi mentionem Volumus autem quod per Commenda Nostra hujusmodi in dicto Monrio Divinus cultus et solitus Monachorum et Ministrorum Numerus Nullatenus Minuatur, sed ejus et Conventus praedictorum Congrue supportentur Onera antedicta. Quod dictus Theodorus Archiepiscopus Antequam Regimini et administrationi dicti Monrij Secri aliquo immisceat, in manibus Vris seu alicujus Vrum Nro et Romanae Ecclesiae Nrae fidelitatis debitae solitum praestet Juramentum juxta formam quam sub Bulla Nra mittimus introclusa ac formam Juramenti hujusmodi quod dictus Theodorus Archiepiscopus praestabit Nobis de verbo ad verbum, per eum, ui et vestrum sub literis

vestrum Subscriptione p Sua Patentes literas Suo Sigillo munitas 316
p proprium Nuntium quanto citius destinare procuret. Volumus
preterea quod dicto Theodoro Archiepo cedente v decedente aut
alias Mrium predictu quomodolibet dimittente v amittente illud
amplius non commendetur sed in pristinam tituli Naturam rever
ti, et p' one Secularii idonea conferri non ommino debeat per
inde ac si dicto Theodoro Archiepo nonquam commendatum
fuisset, et si commendari contigerit absq speciali mentione et
derogatione presentis voluntatis Nre commenda ipsa Nulla sit
eo ipso Quodq idem Theodorus Archiepus Nullam iuris dictionem
debeat in Monachos dicti Mrij eiusq Oia ea bona pacifice
relinquere in quorum possone reperiuntur: Quodq Mensarum
divisio et destulatio Abbatis Claustralis in eod Mrio iuxta De
cretum alias in Congregatione Particulari Sup Monasterijs Po
loniae deputata emanatu facienda relinquatur in Suspenso
donec a nobis etiam de istis disponatur in Oibus Mrijs Poloniae
Mediante divisione Mensarum et humodi Abbatum deputatione
quibus provideatur nec non qd ibidem in suspenso remaneant fru
ctus primi Anni vacationis quem vocant Gratia donec a nobis
etiam de istis disponatur: alioquin commenda primo dicti Mrij
eid Theodoro Archiepo p vos ligere spatium ut supra facienda
ipso facto Nulla sit eo ipso Nos enim etiam quoad voluntatem Nram
humodi ex nunc irritum decernimus et inane si secus sup his a quo
quam quavis Authoritate Scienter v ignoranter contigerit atten
tari Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnatio
nis Dominicae Millesimo Septingentesimo Vigesimo Tertio Sexto
Idus Decembris Nostri Anno Tertio loco + Plumbi qui
bus quidem literis inspectis praesens transumptum
confeci ut illi firmiter stetur perinde ac literis Origina
libus Actum Romae ut supra Praesentibus DD Nico
lao Lubin et Niccolao Golandini Testibus.

(Locus + Sigilli) concordat cum Originali I. B. Liganti Officialis Deputatus
I. Accorambonus Sub Dnus
Ita est I. C. Ant. Richius Not. Apostolicus (Locus + Signi Notarij)
M. Antognettus
Post quarum quidem literarum Aplicarum Provisionalium praesentationem necnon fidelitatis debitae Soliti Juramenti iuxta formam a Sede Aplica una cum Transumpto praedicto literarum Aplicarum Provisionalium interius insert transmissam in manibus Illris per Perillustrem ac Admodum Rndum Dnum Michaelem Wyzyk Archidiaconum et Officialem Varsavien ac per Ducatum Masoviae Generalem praedicti Illustrissimi ac Rndissimi Domini Archieppi Gnesnen Plenipoten et Mandatarium ad hoc specialiter electum et constitutum Coram Nobis petitionem pro parte eiusdem Illustrissimi ac Rndissimi Dni Theodori Potocki Archieppi Gnesnen Primatis Primiq Principis Regni Poloniae de praefata Abbatia Tynecensi in Commendam datae provisi coram Nobis institutum fuit quatenus ad executionem earundem literarum Provisionis Aplicae procedere dignaremur. Nos igitur Vincentius Santinus Archiepiscopus Trapezuntinus Nuntius Apostolicus et Executor praefatus ad earundem literarum Aplicarum executionem iuxta formam in ijsdem traditam procedere volentes, assumpta de narratis legitima informatione constitutoq Nobis de vacatione Abbatiae suprafatae iuxta modum in praedictis literis Aplicis expositum, et visis videndis ac verificatis verificandis, Authoritate qua hac in parte fungimur eundem Illustrissimum ac Rndissimum Dnum Theodorum Potocki Archieppum Gnesnen de Commenda praefata Abbatiae Mariae Tynecen Ordinis Sancti Bene

dicti Dioecesis Cracovien. de qua in praesenti literis Aplicis sicuti Abbatiam
cum Cibus iuribus et pertinentijs suis providemus ipsumque
eidem Monrio Tynecensi in Abbatem Commendatoriu praeficimus
instituimus investimus ac in possessionem Regiminis et ad
ministrationem dicti Monrij Tynecen. in Dei Nomine immitti
mus Omni meliori modo. Curam dicti Monasterij Tynecen.
ac Regimen et administrationem bonorum ipsius sibi plenarie
Committendo. Quae Omnia et singula et eis Contenta vobis
Omnibus supradictis communiter et divisim ac Vrum cuilibet
intimamus insinuamus notificamus et ad Notitiam dedu
cimus et deduci volumus per praesentes, Requirentes et in vir
tute Sanctae Obediae ac excommunicationis poena, alijsque Senten
tijs et poenis Ecclesiasticis districte Pcipiendo Mandantes
quatenus dum et post quam pro parte Illustrissimi et Reve
rendissimi Dni Theodori Potocki Archieppi Gnesnen.
praedicti de Commenda Abbatiae Tynecen. Authoritate Aplica
Provisi fueritis requisiti, seu alter Vrum fuerit requisitus,
ex nunc ipsi intra tres dies post praesentationem intimationem
et notificationem praesentium vobis seu cuilibet Vrum pro parte
dicti Illustrissimi et Rndissimi Dni Theodori Potocki Archi
episcopi Gnesnen. Vigore praesentium desuper factam immediate
sequentes quorum dierum Unum pro primo Alterum pro
secundo et Tertium pro Tertio, ecque peremptorie Termino
ac trina Canonica monitione praefigimus et assignamus, in adi
piscenda possessione Regiminis et Administrationis dictae
Abbatiae et Monrij Tynecen. ac illius Bonorum Authoritate
Aplica vice Nra assistant, Vos vero Religiosi Adm. Modm.
Rndi et Rndi Patres et Fratres Monrij Tynecen. Ordinis San
cti Benedicti Obedientiam ac Reverentiam debitas ac devo
tas: Vosque Vasalli et alij Subditi et Abbatiae et Monrij Tynecen.

218

Ipsi Illustrissimo et Rndissimo Theodoro Potocki Archiepiscopo Gnesnensi de Commenda Abbatiae praedictae Mariae provisio Consueta Servitia et Iura Sibi a Vobis debita integre exhibeatis et exhiberi faciatis Vtque quilibet prout eum Concernit exhibeat exhiberique faciat realiter et cum effectu idque Sub paena excommunicationis Sub paena excommunicationis et Suspensionis contra Singulares personas contra Capitula vero Conventus et Collegia interdicti Ecclesiastici aliisque paenis arbitrio Nostro irrogandis. Quod Si forte praemissa Omnia et Singula Nostra non adimpleveritis, Seu distuleritis Contumaciter Mandatisque Nostris hmodi imo verius Apostolicis non parueritis; illico vos Omnes et Singulos Supradictos qui culpabiles fueritis in praemissis, et quatenus Contradictores quoslibet et rebelles, ac impedientes ipsum Illmum ac Rndissimum Dnum Theodorum Potocki Archiepiscopum Gnesnensem Abbatem Commendatarium Tyrecensem ipso praemissis in aliquo aut ipsum impedientes dantes auxilium, Consilium, vel favorem aperte vel occulte, directe vel indirecte quovis quaesito Colore et ingenio, Cuiuscunque Status gradus Ordinis et Conditionis existentes de Nominibus et Cognominibus a Se praesentium Specificandos legitimi Executores essent prout etiam nos Citamus Quatenus ad Instantiam Illmi ac Rndissimi Theodori Potocki Archiepiscopi Gnesnensis Commendatarii Abbatis Tynecensis Coram Nobis Varsoviae aut ubi tunc feliciter in Dno Cum Curia Nostra Constituti fuerimus Vigesima die ab intimatione praesentium Computandis ipsa tunc Iuridica existente alias extunc proxime et immediate Sequente ex Causa et non Computata Bonae Executionis die hora Audiendarum Causarum Solita, personaliter legitime

ac peremptorie compareant, Ad videndum et audiendum pœnas superius comminatas, aliasq Arbitrarias ipsos incurrisse declarari, literasq declaratorias ex Cancellaria Tribunalis Nri extradi et Mandari. Vel ad dicendum cum premissa fieri non debeant. Præterea Universis Rndissimis perIllustribus Illustribusq Abbatibus Præpositis, Decanis Archidiaconis alijs Prælatis et Canonicis Ecclesiarum Cathedralium et Collegiatarum insignium non aliarum quarumcunq necnon AdModum Rndis, Rndis ac vnitibus Decanis Foraneis Parochis Commendatarijs Vicarijs Cæterisq Presbyteris Clericis et Notarijs Aplicis quibuscunq et eorum Cuilibet in solidum Super executione mandati Apllici atq Nri faciendum tenore præsentium plenarie Committimus vices Nras deatamandum Quatenus alter ad Alterum sese non requirens Illmum ac Rndissimum Rdum Theodorum Potocki Archiepum Gnesnensem seu ejus Plenipotentem in corporalem et Actualem Possessionem Abbatiæ et Mnrij Tynecensis Ordinis S. Benedicti et annexorum introducant. Faciendum ipsi de omnibus fructibus proventibus redditibus iuribus et gratis Universis obventionibus plenarie et integre responderi. Et in Omnibus prout in ipsis literis Aplicis superius insertis Continetur Non Obstantibus ijs Omnibus quæ in ijsdem literis Aplicis Sanctissimus Dnus Nr voluit Non obstari ad Tenorem autem Superius insertarum bullarum Aplicarum declaramus. Primo quod dictus Illmus ac Rndus Dnus Theodorus Potocki A. G. Commendatarius Abbas Tynecensis Nullam iurisdictionem hic debeant in Monachos dicti Mnrij Tynecensis. Secundo quod Omnium Bonorum quæ ad Mensam Abbatis Commendatarium de iure aut Consuetudine pertinent Possessio eidem Illmo ac Rndissimo Dno Ar tradenda erit. Cæteris bonis; quæ mensæ Conventuali rite

vidtt beneplacito Aplico accedente aplicata fuerunt Mona
chis ac Mrio rejectis Commendarum divisio et deputatio
Abbatis Claustralis in eod Mrio iuxta Decretum aliaz in
Sacra Congregatione Particulari super Mrijs sup Poloniae
deputatt emanatt facienda relinqui debeat in suspenso
donec a Sancta Sede Aplica sup Oibg Mrijs Poloniae Medi
ate divisione Mensarz et hujusmodi Abbatt deputatione
gnati provideat. Tertio quod etiam in suspenso remaneant
fructus primi Anni vocaonis quae vocant gratia donec
ab ead Sancta Sede de ijs etiam disponatur et in Oibg pro
ut in ipsis literis Aplicis superius insertis Continetur
Ad quas & In quorum Oium et singulorum fidem
et testimonium pntes manu ppria subscriptas
sigillo Nro communiri iussimus.
Datt Varsaviae die Duodecima Mensis Januarij Anno
Domini Millesimo Septingentesimo Vigesimo Quarto.
Vincentius Archiepiscopus Trapezuntinus Nun
tius Appostolicus.

(Locus Sigilli)

Josephus Calma Aud. Generlis
Adalbertus [illegible] Cancellarius.

Privilegium super [illegible] in Villa [illegible] Gen. Joanni Zakrzewski Senatoriae Rozancski datum. Anno et die ut infra.

Theodorus Potocki Dei et Apostolicae Sedis Gratia Archiepiscopus Gnesnensis Legatus Natus, Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae Primas Primusque Princeps Abbas Commendatarius Tinecensis.

Significamus praesentibus Literis Nostris quorum interest universis [illegible] et singulis, Quia Nos [illegible] [illegible] Zakrzewski Senatoris [illegible] [illegible] in Villa Kolanow nuncupata in Districtu [illegible] [illegible] [illegible]

et donaremus conferremus uti quidem cum omnibus Attinentijs et pertinentijs, fructibus proventib. commodis, Agris pratis Campis Sylvis, borris, Nemoribus hortis, Stagnis piscinis, Molendinis, subditis eorumq. laboribus, censibus, datijs, utilitatibus universis, alijsq. in genere et specie redditibus et emolumentis, nullis penitus exceptis, sed ex antiquo ad eandem Advocatiam spectantibus, et prout eandem Magnifica Theressia de Grzybow Debogorska primi Voti, secundi vero Kucharska Capitan. Malogostens. Vigore Privilegij sui tenuit et possedit tenereq. habere et possidere debuit: post cujus obitum hujusmodi Advocatia ad Dispositionem Nostram est devoluta, damus donamus inscribimus et conferimus per praesentes ad extrema Vitae ejusdem tempora tenendam habendam et possidendam. Idq. sub Assensu Rmdorum Rndorum et Religiosorum Patrum Totiusq. Capituli Nostri Tynecensis ad sonum Campanae Congregatorum Fratrum Nostrorum Charissimorum. Ita tamen, ut idem Donatarius Noster intra spatium Unius Anni, coram Actis quibusvis Regni Authenticis, Recognitionem faciat factamq. Nobis et Monasterio Tynecensi praesentet, quod non alio quam Advitalitio Jure dictam Advocatiam possideat. Tum quod in Causis fundum illius tangentibus, non alibi, quam coram Nostro Successorumq. Nostrorum Abbatum Tynecensium Judicio respondere Judicatumq. pati teneatur, sine ulla Fori exceptione. In rem autem Canonis ad Conventum Nostrum Tynecensem quotannis pro festo Sancti Martini Episcopi Florenos Polonicales Triginta solvere sit adstrictus. Permittimus vero pro Nobis Revndissimisq. Successoribus Nostris, non esse Nos ab usu et pacifica Possessione dictum Generosum Zakrzewski a memorata Advocatia amoturos, aut alienaturos, neq. amovendi, aut alienandi Potestatem cuipiam daturos, sed salvum et integrum Jus Advitalitium ejedem conservaturos, quod et Reverendissimi Successores Nostri conservabunt. Juribus Nostris Ecclesiae et Reipublicae in toto salvis. In quorum fidem Datt. Lovicij in Arce. Die 17. Mensis February Anno Dni 1724to

Locus Sigilli

Theodorus Archiepiscopus et Primas et Abbas Tynecensis Conventus mp

Fr. Theodorus Zielonacki OS Ben. Prior Tynec. Abbas Tynecensis mpp

Fr Faustus Maszta[illegible] Decanus Manu Propria

Fr Gregorius Zaykiewicz Decanus mpp

Fr Franciscus Zaleski Provisor manu propria

Fr Carolus Kleczynski OS Ben. Secretarius

Fr Antonius Szalc Publicus Author. Aplica et Curia sua [illegible] Primatialis Notarius

Fr Amandus Zawadzki OS Ben. Vice Prior Tynec. Manu propria

Fr [illegible] Jakielski Lector [illegible]

Fr Antonius [illegible] Procurator [illegible]

Fr Columbanus [illegible] Magister [illegible]

Copia Privilegij super Advocatiam in Villa Rybna

Theodorus Potocki DEI et Apostolicæ Sedis Gratia Archi-Episcopus Gnesnensis Legatus natus Regni Poloniæ et Magni Ducatus Lithvaniæ, Primas Primusq Princeps, necnon Abbas Commendatarius Tynecensis.

Significamus præsentibus Literis Nostris, quorum interest, aut quorumlibet interesse poterit Universis et singulis. Quia nos respectum habentes super merita Generosi Christophori Gaspari Secretarij Nostri et continuum ejus benemerendi studium de nobis et Monasterio Nostro Tynecensi, ipsumq ad ulterius in[illegible] ob[illegible] obligare volentes faciendum esse duximus, Ut ipsi Advocatiam in Villa Rybna Palatinatu et Districtu Cracoviensi sitam et jacentem post obitum Nobilis olim Joannis Pauli Fruzyhier Sacræ Regiæ Maiestatis Secretarij et Proconsulis Urbis Cracoviensis ejusdem immediati Possessoris ad dispositionem Nostram devolutam daremus donaremus, et conferremus Uti quidem cum Curia, prædio, ædificijs, hortis, agris, pratis, campis, stagnis, silvis Borris, Nemoribus, nec non cum Molendino, cum subditis, eorumq laboribus, Censibus, datijs, Officijs, et oneribus consvetis, omniq ejusdem Advocatiæ prout in suis Limitibus continetur Usufructu, redditibus, et emolumentis, nullis penitus exceptis sed ab antiquo ad eandem Advocatiam spectantibus, et prout Nobilis olim Fruznehier vigore Privilegij sui tenuit habuit et possedit tenereq habere et possidere debuit damus donamus et conferimus per præsentes, ad extrema Vitæ ipsius tempora. Idq sub assensu Religiosorum et Adm Reverendorum Patrum, totiusq Capituli [illegible] Nostri Tynecensis ad [illegible] Compan[illegible] [illegible] fratrum Nostrorum [illegible], et sub [illegible] [illegible] infrascriptis: [illegible] ut idem [illegible] Donatarius Noster intra spatium Unius Anni coram Actis Officij Nostri Ordinarij [illegible] Regni Authenticis Recognitionem et submissionem faciat, factamq [illegible] et Monasterio Tynecensi præsentet, quod hujusmodi Advocatiam non alio [illegible] [illegible] jure [illegible] [illegible] quod in [illegible] [illegible] [illegible] coram [illegible] [illegible] Nro ac Successorem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] e Judicaturamq pati teneatur. Deniq [illegible] favoris quotannis pro festo Sancti Martini Episcopi ad Conventum Nostrum Tynecensem Florenos [illegible] Triginta solvere et importare sit obligatus. [illegible] vero [illegible] a Reverendissimis Successoribus Nostris Abbatibus [illegible]

[illegible] supra scriptum Generalem Christophorum [illegible] [illegible]
in [illegible] Rebus esse conservatures nec unquam eundem amovere [illegible]
eritatem [illegible] sed in pacifica possessione [illegible] Advocatiae perm[illegible]
[illegible] et Reveren[illegible] successores Nostri praestabunt. Juribus [illegible]
[illegible] et Reipublicae [illegible]. In quorum fidem praesentes manu [illegible]
subscriptas Sigillo nostro Communi [illegible]. Datum in [illegible]
die Decima Septima Mensis Februarii Anno Domini Millesimo Septin-
gentesimo Vigesimo Quarto.

Theodorus [illegible] [illegible] et [illegible] Tynecen[illegible] Commendatarius

[illegible] Sigilli

Fr Theodorus [illegible] Prior Tynecen[illegible] et [illegible]
Fr Amandus [illegible] Suppr[illegible]
Fr Gregorius [illegible] [illegible]
Fr [illegible] [illegible]
Fr [illegible] [illegible]
Fr [illegible] [illegible]
Fr [illegible] [illegible]
Fr Antonius [illegible] [illegible]
Fr [illegible] [illegible]
[illegible]

Privilegium [illegible] [illegible] [illegible]
dictam Serviens Petro [illegible] in [illegible] ad [illegible]
[illegible] pertinente [illegible]

Wiadomo czyniemy tym listem naszym, wszystkim komu o tym wiedzieć [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] administratorów [illegible] [illegible]
Zakonu [illegible] y [illegible] Naszego BENEDYKTA Świętego [illegible] y [illegible]
[illegible] Konwentu [illegible] że maiąc [illegible] respekt na [illegible]
y prace [illegible] [illegible] [illegible] Klasztorowi [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] z Zagrodą [illegible] nazwana [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible], maiąca roli [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] na [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] ~~[illegible]~~ postawione, [illegible] [illegible] pomienione [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] trzymać, używać aż do śmierci [illegible]
[illegible] Konwentu Naszego [illegible] [illegible]. [illegible]
krzywdy [illegible] [illegible] zbożem [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] będzie iemu czynić nie [illegible] [illegible]
[illegible] pozwany. [illegible] [illegible] [illegible]
przykazuiemy. Od robocizny [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible]

odrabiać y [illegible] tylko aby [illegible] dzie [illegible] będzie potrzeba iechać do [illegible] y [illegible]
Rzeczypospolitey płacić powinien będzie, tak iako y inni [illegible]
także do Hyberny przykładać się y Olpy na Królewczyzny [illegible]
oddawać ma. I Xiędzu Stefanowi Brzozowskiemu Meszne [illegible]
[illegible] z [illegible] zagrody y [illegible] [illegible] roku [illegible]
[illegible] po złotych dziesięciorzie [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] A [illegible] iaky poiedzie to [illegible] [illegible]
[illegible] po [illegible] pieczęcią klasztorną utwierdzamy die 4. [illegible]

[illegible] super [illegible] in [illegible] datum Nobili [illegible] Martino [illegible]

